APHORISMI Iurisprudentiæ.

Opus Aduocatis atque adeò omnibus qui in foris iudicialibus verſantur ſeu pragmaticis vtile ac perneceſſarium.

AVTORE
D. IOANNE BRECHAEO TVRONO. IVRECONS. CLARISS.

Ex Legato Ill.mi Coccini

PARISIIS.
Apud Poncetum le preux Bibliopolam in vico s. Iacobi ad interſignium Lupi.

CVM PRIVILEGIO.

AN. DO. M.D.LII.

LA TENEVR DV PRIVILEGE

Extraict des Regiſtres de parlement.

SVr la requeſte preſentée à la Court par Poncet le Preux Libraire iuré en l'Vniuerſité de Paris,par la quelle il requeroit luy eſtre permis faire imprimer, & expoſer en vente vng liure intitulé APHORISMI IVRIS PRVDENTIAE compoſé par maiſtre IEHAN BRECHE Aduocat à Tours auecques les defenſes en tel cas requiſes & accouſtumées. La court ouy le rapport de maiſtre André Tiraqueau Cõſeiller du Roy en icelle au quel ledict liure à eſté de l'ordõnãce d'icelle court communiqué. A permis & permect audict Poncet le Preux faire imprimer & expoſer en vente icelluy liure intitulè APHORISMI IVRIS PRVDENTIAE, Et defend à tous autres Libraires, & Imprimeurs faire imprimer & expoſer en vente ledict liure iuſque à troys ans prochainement venans ſur peine de confiſcation des liures qu'ilz auroient faict imprimer,& d'amende arbitraire. Faict en parlement l'vnzieſme iour d'Auril. Lan mil cinq cens cinquante & vng auant Paſques. Ainſi ſignè de Sainct Germa.n.

CLARISS. VIRO. D. AEGIDIO MAGISTRO SVMMO CVriæ principi ac præſidi. Ioannes Brechæus Turonus Salutem.

CVm me ex ſelectiſsimo neceſſariorum meorum grege per multi, Vir Clariſſ. quotidiano cõuicio efflagitaſſent, vt noſtros iuris prudentiæ Aphoriſmos iam emittere inciperem, nec eos diutius publico abſtinere ſinerem, cũque id penes me eſſe planè diſſiterer, & negarem ea in re poſſe me eorum votis aliquando obſequi, cum ob ſtyli inconcinitatem, tum verò ob ieiunam frigidámque operis materiam nullo rerum & ſententiarũ libratam pondere, vehementer illi reſtitere: & me velut ſimulatæ neceſsitudinis poſtulabant, iuſtam inofficioſi amici querelam intẽdentes: & quid de ea re in tam turbulento mẽtis ani-

nique conſilio cómodè, ſtatuam, quidque conſilii capiam non erat omnino compertum mihi. Quandoquidé me non latet quàm ſit periculoſum ancipitem iudiciorum aleam experiri. Fieri tamen nulla id à me ratione potuit, quin hæc noſtra prodirét. Illi etenim mei amici, à me diu multúmque importunis obiurgationibus impugnato expugnato tandem, extorſeruntveriùs quàm impetrarunt. Sed interim non committam, vt ſine tutore & patrocinio quicquam à me exeat prçſertim cum tanta ſit huius noſtrę ætatis in ſania, vt paucisſimi homines hominibus dii eſſe velint, plerique ferè omnes lupi Itaque, ad te (vir præſtantiſſ.) velut ad ſacram anchoram aut aſylum tutùs vt confugerem, qui me à vitiligatoribus planè vindices, admonuit me, immò verò perſuaſit tua qua in omnes ſuffuſus es, pietas & clementia: tua de-

nique ſumma virtus, & præſtantia. His accedit mira in ſermone, mira etiam in ore vultúque ſuauitas. Quæ mihi recordanti, eſt quidem iucundum, quòd à te homine humaniſſ. hanc opellam meam adeò non reiectum iri, ſed & exporrecta fronte exceptum, ſperé. Quid autẽ mihi præclarius, quid dignius mihi vnquam euenire potuit? Quid item honeſtius, quid ad meas res & rationes magis accommodũ facere iam potuiſſem, quàm mei nominis defenſionem omnem in tuę fidei præſidio collocare? Virtutis literarúmque ſtudia & coluiſti ſemper, & amaſti: vnde munitiſsimã virtutis atque honoris arcẽ meritò conſcenderis, in Themidis delubro, Iuſticiæque domicilio ſanctiore τὸ ἡγεμονικὸν adeptus. Et ſanè antequàm eò faſtigii euectus ſis, multa egregia multa in republica præſtantiſsima, ſtudiosè καὶ σεμνῶς agi à te oportuit, qui oraculi baſi

licani antiſtes, & aduocatus primi nominis ſumma eloquentiæ vi præditus antea fueris. Ingenium excellſum, ſubtile, dulce, facile, eruditum in cauſsis agendis. Tuas hîc laudes commemorare non eſt præſentis inſtituti: neque verò meæ perquàm exiguæ dicendi vires huic ſatis negotio eſſent: malóque omnino tacere, quàm de his pauca dicere. Sed tantùm hoc vnum à te peto poſtulóque, vt & me in clientulorum tuorum album adſcribas: & hos meos IVRIS PRVDENTIAE APHORISMOS non ex præſcripto iuris, ſed ex æqui boníque ſentētia accipias. Bene vale, præſes ornatiſsime. Lutetię. Calen. Aprilib. An. M D. L. II.

D. ANDREAE TIRAQVELLO IVRISCONS. CLARIſſ. & in curia ſuprema Lutetiæ Conſiliario Regio Ioannes Brechæus Turonus S. P. D.

NON ſat erat, vir clariſſ. ad impudentiam prodendam meam, quòd eximium ac ſingulare iſtud tuum ſtudium vel occupationes grauiſſimas, dum hoc elapſo anno domum tuam (omnium ſanè literatorum Academiam ſeu φροντιστήριον, ac potius dixerim aſylum) frequenter accederem, ineptiſſimis meis ſermonibus toties interpellauerim, niſi & nunc quoque rudibus quidem & indoctis meis literis, tibi præſertim homini tum grauiſſimo preſtantiſſimóque, tum etiam multarum rerum peritiſſimo, velut importuna pica obſtrepere nequaquã pertimuiſſem Itaque, ſæpe conantem me ad te ſcribere, deterruit pudor quidam penè ſubruſticus:

& ſanè à literis abſtinere omnino hoc tempore conſtitueram, niſi & ardens animi erga te mei deſyderium, & habendæ non modò gratiæ, verumetiam cumulatiſsimè referẽdæ cupiditas incredibilis planè me à propoſito reuocaſset. Forſan equidem egi apud te audacius quàm par eſſet. Sed culpę veniam à te homine humaniſſ. & animo cum aperto & ſimplici, tum verò multa in omneis beneuolentia ſuffuſo, facilè expecto. Præterea, & quod me maximè ad te vt ſcriberem commouit, hęc vna potiſsima ratio fuit, quòd percuperem meipſum modis omnibus in amicitiam tuam magis ac magis inſinuare. Ego enim qui mihi conſcius eſſem quantum te philoſophiæ diſciplinarúmque illecebræ pertrahant, gratius nihil facturum me exiſtimaui quàm tecum per literas, dum coram id nequeo, φροντίζειν. Quid quòd ego ἀφιλοσόφητος καὶ ἀμαθὴς hæc apud te πολυΐστωρα? Nunquid γλαῦκα εἰς ἀθήνας?, Ego quidem abſens liberiùs. Epi-

ſtola nanque non erubeſcit. Adhæc eò lubentiùs imò verò iucũdiùs ad te ſcribo quòd ἐκ νόσου ἀνακομιζόμενον te intellexerim quem antea deceſsiſse è vita audieram. Sed (vt video) falſus fuit σὺν θεῷ hic rumor: atque vtinam ad longiſsimos annos ſit falſus. Donec tamen ἀσφάλειαν ὑγιεινὴν· recuparaſſe te certò ſciuero,non ero animo bene compoſito. Re vera perſuaderi id mihi facillimè poterat, atque in tam triſti nuntio τὴν γνώμην ταλαντεύεσθαι cogor: cum palam ſit te iam ſenem non ſolùm continuis purgatiorum literarum ſtudijs, ſed omnibus publicis, priuatis, forenſibus, domeſticis, tuis, amicorũ. hoſpitum tuorum negotiis prope confectum. Te inquam ſenem tam ingenuum, & ab initio ætatis tuæ omnium doctrinarum ſtudioſum: qui omnia quæ à ſapientiſsimis hominibus ad bene beatéque viuendum tradita eſſent, ſummo ſtudio curáque & vigilijs ſemper vt diſceres, laboraueris: eáque τῷ ἔργῳ didiſceris. ταῦτα μὲν ἅπαντα τὰ δια-

φθείρειν ἡμῶν τὸ σῶμα δυνάμενα. Qui enim ſo lent ἀβροζώειν, melius corpore ſe habent: διὰ τοῦτο σαρκοῦται μᾶλλον. Hinc tua illa παράλογος ἰσχνότης. Hoc mehercule eò non dico, vt à bonarum artium ſtudiis auocare te contendam, τοῦτο γὰρ ἀλώατον: equidem cui ἐκ γενετῆς idipſum ſit inſitum, hócque potiſſimum tuum ἐπιτήδευμα. Sed in tanto laborum tuorum curſu quandoque διαναπαύειν ἑαυτούς neceſſarium eſſe quis non confiteatur? Ridiculum fortaſſe videbitur qui hæc apud te dicam, præſertim cum & ea ipſe non ignores. Sed in ipſis theatris videmus luctatores non ſolùm ab amicis beneuolentia quadam & ſeriò ſtudio admoneri, verumetiam à pueris ipſis incitatos. Quare, & teipſum, quæſo, tueare, & ſanitati tuæ conſule, ne his tam præclaris ingenii tui prope diuini commoditatibus, quibus te ſoſpite non Reſpub. tantùm, ſed & exteræ gentes, & nos tui fruimur, morbo fracto ac profligato (quod abſit) iam ca-

rere oporteat. Tuum itaque erit, vir ampliſſ. conſulere tẽporibus & incolumitati, & vitæ, & fortunis tuis: noſtrum verò tibi vehementer timere. Nam quid eſt quod audeam ſuadere tibi ſumma authoritate ſummáque prudentia viro? Expectantur auidè in dies ſingulos nõ tantùm à me, ſed & à ſtudioſis omnibus Cõmentarii tui quos in generalem regni franciæ Conſtitutionem, qua defuncti bona hæredi ſuperſtiti eidémque proximiori mancipata cenſentur eſſe, ſcripſiſti luculenter. Hoc nondum, quod ſciam, edidiſti: tam & ſi ſæpe de hac re ad meum tuum noſtrum Iacobum Keruerum perſcripſerim. Ne, rogo, diutius abſtinere publico patiare, ſi (vt ſoles) & reipub. vtilitati conſulere, & amicorum votis reſpondere volueris. De meis autem rebus nihil eſt quod ſcribere me ad te dignum iudicem. Scribimus obnixè καὶ κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον *& dum à rebus tum domeſticis tum forenſibus feriari licet, Com-*

mentarios in municipales Præfecturæ noſtræ Turonenſis leges. Atque in eis quidem ſcribundis tua ſumus imitati: Nam nihil quod ad Philoſophiam, diſciplináſque omneis, ſeu græcè ſeu latinè ſcriptas pertinet, prætermiſimus, & ſuo quidq; loco repoſuimus: ſic, vt ne videar οὐδὲν πρὸς ἔπος ἀποφαίνεσθαι Impudenter forſan atque arroganter nimis à me dictum. Sed ita comparatum eſt, vt qui ſemel verecundiæ fines tranſierit, eum bene gnauiter impudentem eſſe deceat. Interea autem dum à me lima exactiore perpoliuntur, ecce iam profero, edóque meos Iuriſprudentiæ Aphoriſmos: qui veluti aliorum noſtratium πρόδρομοι exeunt. Remigius Ruffus Canonicus Turonenſis Eccleſiæ, vir, vt ſcis, ſumma grauitate & doctrina præditus, multum te meis literis ſalutat. Illius ego domum commentationis gratiâ ſępe ventito, cúmque illo omnia ſunt mihi communia. Nam hominem, quocum mea ſtudia ingenuè cō-

*municare aut poſsim aut debeam & cre-
brius & liberius, habeo neminem. Vnum
tamen Carolum Portium ac Ludouicum
Briandum Iureconſ. viros omni diſciplina-
rum genere inſtructiſsimos, excipio atque
etiam Ioan. Burgæum aduocatũ in noſtra
ciuitate famatiſsimum. De Ioanne Bro-
dæo nihil ſcribo præterquàm quòd domi
deliteſcens, & veluti* τὰ φολεύοντα *imitatus,
immoritur literis. Illius ego conſuetudine
dies aliquot vtor: neque ſanè tam frequẽ-
ter quàm vellem, propter ſummum eius
ingenium, variámque eruditionem. Quod
ad Martinum Gregorium Medicũ, Grȩcè
quoque doctiſsimum, attinet, ferè ſemper
à nobis abeſt. Ita enim ſolet* φιλοπόνως ἰα-
τρεύειν, *vt ægroti fermè omnes qui & in vr-
be noſtra, & in oppidis ac Metrocomiis
degunt, illum iubeant accerſi. Quo fit, vt
eius copia nobis neque reliquis amicis ſup-
petat. Intellexi nuper ex Ioanne deplexio
viro doctiſſ. & mihi modis omnibus ami*

ciſſ. Eguinarium Baronem animam efflaſſe, magno quippe Academiæ ſuę luctu. Erat enim homo perquàm eruditus: quóque legum profeſſore Biturigum Ciuitas erat longè celebrior & frequentior. Fœlicem illum qui his tam calamitoſis ac luctuoſis temporibus deceſſerit: qui ſi diem ſuũ nunc non obiiſſet, tantumdem illi aliquando moriendum fuit. παρεπιδημία γὰρ (ait Plato) τίς ἐστὶν ὁ βίος· οἱ δὲ ἀποθανόντες εἰσὶν ὥσπερ εἰς ἕτερον ζῆν ἀποθανούμενοι. ἡμεῖς μὲν γὰρ ἐσμὲν ψυχή ζῶον ἀθάνατον ἐν θνητῷ καθειργμένον φρουρίῳ. Franciſcus Duarenus Ureconſ. Bituriges (vt audio) rediit, quem ibidem legum profeſſorem ἐπικαθέστηκεν. Hanc ego epiſtolam cum protrahere inſtituiſſem, ſcribentẽ me intercepit tum anguſtia temporis, tum verò nuntii ad te redeuntis feſtinatio. Quod igitur reliquum erit, tu (ſi id pace liceat tua) hæc noſtra æqui boníque conſules. Et me (vt ſoles) meóſque cõmendatos habebis. Saluta (ſi placet) mul-

tùm meo nomine Do. Bartholomæum Fa-
ïum Conſiliariũ Regiũ & tibi συλλειτουργόν,
virum ſanè & Iuriſconſultiſſ. & eloquen-
tiæ latinæ diſciplinarúmq; facultatibus or-
natiſsimum, ſimul & humaniſſ. & candi-
do pectore. Is equidem mirificè me diligit:
nullo tamen meo merito prouocatus, ſed
gratiâ munificentiáque ſua tantùm me cõ-
plectitur. Si per nuntium hunc licuiſſet,
literas quoque ad illum dediſſem. Bene va
le. Vir Clariſs. atq́ue iterum Vale. Turoni.
prid. Calen. Februarias.

AN. M. D. L I.

Tuus ex animo Ioan. Brechæus Turon.

REPERTORIVM DICTIONVM & Materiarum inſigniorum huius operis.

A

ABbas quando poteſt venire contra ſuum Iramétũ fo.107. Apho. 151.

Abſurdum quid fo. 1. Apho. 1.

argumen. bonum à ſequela Abſurditatis eodem.

Ablatiui abſoluti. fo, 25. Apho. 38.

Actus nullus non trahit ſecũ executionem. fo. 112. Apho. 161.

Actus pœnalis fo. 113. Apho. eod.

Acceſſorium fo. 2. Apho. 2.

Actus regulantur ſecundùm duplicem potentiã fo. 85. Apho. 117.

Aduocati ſolariũ fo. 52. apho. 75.

Aduerbium. Apho. 3. fo. eodem

Aduerbii deum eſſe remuneratorem folio eodem.

Aduerſus prepoſitio f. eo. apho. 4.

Aduerſus & præter, ſimilem habere intellectum folio eodem.

Aduerſatiua dictio f. 2. & 3. apho. 5.

Alius, alia, aliud fo. 3. apho. 6.

Alter fo. 5. apho. 7.

Alternatiua fo. 5. apho. 8.

Alienatione prohibita prohibetur locatio ad longum tempus folio 99. apho. 139.

Antiquum tempus fo. eo. apho. 9.

Antiqua hæreditas fo. 6. apho. eo.

Appellatio fo. 7. apho. 10.

Appellatio vbi requiritur, contradictio nihil operari ſolet folio 8. apho. 13.

Appellatio à diffinitiua, etiam ab interlocutoria, qualiter concipiatur fo. 9. apho. 14.

Appellatione deſerta, quando fatalium lapſus præiudicet folio 15. apho. 25.

Appellandum, quomodo ſit 13. apho. 18.

Appellationis iudex quando deſinit eſſe fo. 18. apho. 31.

Appellatione deſerta iudex à quo non poteſt vltra procedere, neque iudicare an bene vel malè fuerit appellatũ fo. 18. apho. 32.

Appellationis fatalia quæ dicãtur fo. 19. apho. 33.

In cauſſa Appellationis, quantum conducat proteſtatio vt releuet appellãtẽ de negligẽtia f. 20. apho. 33.

Limitatio rub. pendente Appellatione nihil eſſe innouandum folio 20. apho. 35.

Appellatiò non iuſtificatur, niſi approbata exceptione f. 79. apho. 107

Appellationis cauſſam non poteſt inferior dominus committere appellatione remota, nec mãdare vt procedatur non obſeruata conſuetudine & ſtillo & ſine ſtrepitu iudicii apho. 186.

Animi vitium pœnitentiæ nõ pur-

gari folio.60.
Andreas Tiraquellus folio. 47. aphoriſ.161.
Apertè fo.20.aphoriſ.35.
Arbitrium fo.14.aphoriſ.9.
Arbiter fo.21.aphoriſ.36.
Arbiter quid, & vnde folio. 14. aphoriſ.9.
Arbitri corrupti ſentẽtia valet eo.
Arbitri poteſtas eodem.
Arbitrium contra ius, & formam compromiſsi valet fo.23. apho.eo. valet vt pactum propter ratificatio nem eodem.
Arbiter eſt inſtar ordi. iudicis fol. 25.apho.eodem.
Arbiter non poteſt extraneas modificationes facere eodem.
Arbitrator an faciat litem ſuam folio.29.aphoriſ.42.
Archiuum folio eod.aphoriſ.43.
Archiui varia & multiplex ſignificatio eodem.
Archeiotai, qui dicãtur eodem. officiarius ad cuſtodiam Archiui publici, probat magis folio.31.
Attentata aduerſus appellationem folio.12.
Autem dictio folio.3.aphoriſ.5.
Authorizari eſt quædam qualitas folio.58.aphoriſ.79.

B

Beneficium ſi papa alicui abſtulit de plenitudine poteſtatis tenebitur illi prouidere de ſimili. folio.142. aphoriſ.201.
Bona inuecta & illata. f.33.ap.45.
Bonæ fidei dominium debet allegari folio.101.Apho.157.
Bona fides præſumitur ex longiſſimi temporis poſſeſsione.fol.134. aphoriſ.189.

C

Cancellatio inſtrumenti regulatur ſecundùm cauſſam cancellationi adiectam.folio.74.aphoriſ. 96.
ſi eſt Cancellatio vel interlineatura, recurrendum erit ad examen veritatis eodem.
ad Cauſſam commiſſam quæ pertinere dicantur.fol.26.aphoriſ. 38.
Centum annorum tempus folio.5. aphoriſ.9.folio.131.
Citatus ſi comparet hora incongrua folio. 116.
Clericatus probatio coram quo iudice folio.149.aphoriſ.220.
Codicillorum derogatio folio.82. aphoriſ.114.
Colonus propriè quis dicatur fol. 101.aphoriſ.140.
Colonus partiarius an ſit conductor folio.100.
Colonus ceſſans ſoluere an poſsit expelli folio.102.aphoriſ.144.
Commentarienſes, & vnde dicti folio.32.aphoriſ.43.
Cognitor litis folio.97.apho. 137.
Confeſsio quid propriè folio. 39. aphoriſ.55.
Confeſsio folio.33.aphoriſ.46.
Confeſsio geminata quid operetur folio.34.aphoriſ.eodem.
Confeſsio ſimplex,quid,eodem.
quid in Confeſsione libera? eodẽ.
Confeſsionẽ erroneam quantum-

cunq; geminatá reuocari poſſe eo. atque etiam iuratam eodem.
Confeſsio extraiudicialis,quæ fol. 35.aphoriſ.eodem.
Confeſsio quando iudicialis. eod.
Confeſsio calore iracundiæ ſine perſeuerantia non valet nec nocet folio.38.aphoriſ.52.
Confeſsio repentina & inconſiderata non præiudicat eodem.
Confeſsio abſente parte ſemiplenè probat,etiam in vltima voluntate folio,39.aphoriſ.54.
Confeſsionis partis vis & facultas folio.40.aphoriſ.56.
ex proceſſu ordinato contra
Confeſſum qualiter procedatur. folio.39.aphoriſ.eodem.
Confeſsio aduerſarii optima probatio folio.40.aphoris.eodem.
Confeſsio ad liberandum tendens habet in ſe vim taciti pacti de non petendo folio.41.aphoriſ.58.
Confeſsio ſimplex non habet tacitam diſpoſitionem.eodem.
Confiteri dicitur quis contenta in ſuo libello.folio.35.aphoriſ.49.
Confeſſus accepiſſe decem pro reſto totius ſummæ debitæ fatetur totam accepiſſe folio.37. apho.51.
Confirmatio folio.43.apho.59.
Confirmationis natura. folio. 44.
Conſcientiæ diffinitio ſecundùm archidiaco.folio.13.aphoriſ.17.
cõſeruare leui⁹ q̃ ſuſcitare.fo.44.
Conſtitutum folio.44.aphoriſ.60.
Conſtituti ſimplicis, & precarii quæ ſit differentia,eodem.
Contractus factus in præſentia proximorum non præſumitur celebratus fraudulenter folio.83.
Contumaciæ vis fo.37.aphoriſ.49.
contumax eſt multandus ob retardatum iudicium fol.81.apho.101.
Contradicendo debet pars ſibi bene cauere folio. 148. aphoriſ. 116.
Creditor non poteſt vi occupare hypothecam.folio.67.aphoriſ. 90.

D

Decreti irritantis quanta vis folio 114.aphoriſ.162.
Derogatio codicillorum folio. 83. aphoriſ.114.
Die nó expreſſa,& quę non poteſt præuideri moram non purgari fo. 109.aphoriſ.156.
Dilatio eſt dáda ad defenſioné parádá í cauſſa criminali f.101.ap.197
Diſpenſatus quo ad aliquos effectus legitimatos per reſcriptum principis non includitur in ſtatuto excludente filias folio.59.aph. 131.
Dominus feudi in quibus ſupra patronú cenſeri debet fo.14.aph.20.
Dominium ex poſſeſsione nó pręſumitur folio.144.aphoriſ.205.
Dotem non tenetur pater filiæ aſſignare quæ ſe inuito cótraxit matrimonium folio.103.aphoriſ. 124.
mulier quæ ſine Dote nupſit cenſetur dediſſe marito omnia bona folio.104.aphoriſ.147.
non Dotatam vxorem maritus nó tenetur accipere.eodem.
Dos quo ad maritum eſt titulus onerọſus: quọ ad filiam,lucratiuus.

fo.105. apho. 148.
maritus malè tractás vxoré & expellens nó tenetur ad Doté reſtituendam apho.147. fol. eod.
Dubitans non eſt aptus ad prȩſcriptionem requirentem bonam fidè fo.135.aphoriſ.190.

E

Eligere eſt alienare.146.aph. 210.
Emphyteuſeos alienatio extraneis alienari prohibita.fo.40.apho.6.
Emens rem à principe quadriénio præſcribit fo.132. apho.178.
Emptor ſecundus quando priori præferatur.fo.46.apho.36.
Epiſcopi & prælati quatenus ſuos ſucceſſores obligant f.137.aph.192
Epiſcopus poteſt repudiare legata & hæreditatem eccleſiæ delatá ſine ſolemnitate fo.eod. apho.193.
Errans in iure fo.47.apho. 64.
Errans non præſumitur conſentire fol. 68.apho.89.
Errat in iure qui in contemptum legum procedit. fo.57.apho. 79.
Errare in iure poteſt princeps propter multitudinem negotiorum f. 1[illegible]1.aphoriſ.198.
Error expreſſus in ſententia quid inducat fo.153. aph. 229.
Exceptio.f.40.apho.65.
Expenſa litium fo.40.apho.66.
In taxatione Expenſorum quæ neceſſaria ſunt fo. 49.apho. 69.
Expenſæ per iuramentum probátur inſpecta qualitate perſonarum & litis & pro more iudicii. fo. 49 apho.68.
quando iudex criminalis condemnatur parti in Expenſis & intereſſe eod.

F

Facta ſequétia confirmant præcedentia. fol.66.apho.87.
Facta de longinquo tempore.eod.
facultas ſimplex quæ f.136.ap.191.
Fama vbi probat..6.apho.9.
fama publica f.50.apho. 72.
per famá ſcire non eſt vera notitia eod.
Famá in antiquis ꝓbare dñm eod.
ad Famam probandam neceſſaria fo.52. aphoriſ. 74.
Fama publica & Notorium qualiter probentur. 54.
Feudum,& infeudans caſtrum, nó cognoſcit de primis cauſis ruſticorum caſtri infeduati fo.78.ap.104.
Ficta non dicuntur ſed vera quæ à iure inducta ſunt.f,94. aph.131.
Fideicommiſſum f.54. apho. 78.
Fideicommiſſum onerosum &códitionale qualiter & quando tranſmittatur eod.
finis acta probat f.66.aphori..87.
Fiſcus fol. 54.aphoriſ. 77.
Forma fol.55.apho. 79. à Forma non licere recedere.eodem.
quæ non ſeruata Forma minimè procedant.fol.56.
Formæ omiſsio,etiam in re pià & fauorabili,vitioſa eod.
Forma ſubſtantialis quæ dicatur, & quȩ accidentalis . fol. 57.
Formam ampliare,non nocet ſed eam mutare. eod.

Forma eſt indiuidua. fo.58.ap.eo.
Fructus fol. 58,
ad Fructuum reſtitutionem quando quis teneatur. eod.
vaſſalus,ſi priuatur feudo,an ad fructuum reſtitutionem teneatur. fol. 59.
Fructus quomodo computandi in legitimam fol. 90. aphoriſ. 127.
Fructus ſuos filius facit. eod.
quid in emphyteuta, ſi ceſſauerit ſoluere? eod.
Fructus malę fidei poſſeſſor reſtituit fol. 59.
quoad Fructus reſtituendos & acquirẽdos errans in iure quomodo accipiatur. fol. 39. apho. 64.
Furioſo aliquo ſemel probato præſumitur poſtea furioſus, niſi probetur ſanæ menti deueniſſe fol. 56
Furioſus. eod.
Furor quid. eodem.
Furioſus per dilucida interualla præſumitur potius facere aliquid in dilucido interuallo quàm tempore furoris. fol. 61.

G

Geminatio. fol 62. aphoriſ. 79.
Geminata confeſsio quid operetur. eodem.
Geminatio in verbis enuntiatiuis diſpoſitionem inducit quæ aliâs ſine geminatione non diſponerent eod.
Geminatum pactum. f. 63. ap. 81
Gloſſ. in Clem. i. in verb. pẽdere reprobata. fo. 115. aphor. 164.
Gloſſa ordinaria. fol. 66 aphoriſ. 88.
Gloſſa ſeruanda eſt, niſi vſus ſit in contrarium eodem.
Gloſſa tenetur pro lege in iudiciis & conſultationibus. fol. 67.
Gloſſæ ordin. laus & auctoritas. eodem.

H

Inter habitum & actum differẽtia folio 125.
Hæres tenetur ad exonerandã conſcientiam defuncti, fo. 131.
Hæres fo. 67. apho. 89.
Hæres vtilis eſt ſucceſſor vitiorũ defuncti fo. 131.
Hæres non poteſt reprobare nec impugnare factum defuncti eod.

Hæreditas quando dicatur adita fo. 68. apho. 90.
Præſentandi ius indiuiduum tranſit in omnes hæredes. fo. 125.
Hæres in ſolidũ adminiſtrans, non tamen eſt in ſolidum hæres fo. 68. apho. 91.
Hæres ex perſona ſua præſcribit ede æquitate canonica ſi eſt in bona fide fo. 130. apho. 186.
Hæres cur non poteſt venire contra factũ defuncti fol. eod. Apho. 92.
Hæreditatem viuentis repudians, qualiter ſibi præiudicat fol. apho. 92.
Hæres tenetur de iuramento defuncti in contractu pręſtito, nec ab

eo abſolui poteſt ſecundùm commu.opi.folio.84.aphoriſ.116.
Hæreditatem repudiare, & acceptare legitimam quando quis poſſit folio. 8. aphoriſ.125.
Hypotheca eſt ius reale folio.101. aphoriſ.142.
Hypotheca finitur iure perſonali eodem.

I

Iamdudùm folio.118.apho.168.
Implicatiuæ dictiones fol.3.aphoriſ.6.
Iniquitas corrigenda fol.27.aphoriſ.40.
Inſtrumentum fol.70.aphoriſ.93.
in ſcribendo Inſtrumento quæ debeat notarius agere & obſeruare, & quæ cauere.eodem.
pro Inſtrumento eſt in dubio præſumendum folio.71.apho. eodem.
Inſtrumentum probat omnia in eo contenta folio.72.aphoriſ.eodem.
Inſtrumentum productû in iudicio poſt litem conteſtatã.folio.eodem. aphoriſ.94.
in Inſtrumento ſi breuiatura, vel cancellatio,vel raſura deprehendatur quid iuris folio.73.aphoriſ.95.
Inſtrumentum meretur executionem in tacito ſicut in expreſſo. folio.75.aphoriſ.97.
contra Inſtrumentum licet ſtatutû prohibeat probari niſi per aliud, tamen contra præſumptionem poterit probari. folio.75. aphoriſ.97.
Inſtrumenta non liquidata, & tamen habentia executionem paratam folio.76.aphoriſ. 98.
Inſtrumenti non liquidati executio poteſt peti,& in iudicio poſtea fieri liquidatio eodem.
Inſtrumenta duo eiuſdem rei, & datæ ſeu diei folio.76.apho.100.
in Inſtrumentis ſcribunt notarii multa quæ ſunt magis de ſuo ſtillo quàm de mente partium.eodẽ.
Inter folio.52.aphoriſ.74.
Interpellatione quando eſt opus folio.81.aphoriſ.110.
Interlocutoria geminata folio.63.
queſtio de Interlocutoria ſententia appellationis folio.9.ap.15.
Iudex nequit modum intentatum proſpicere folio.97.aphoriſ.135.
Iudex repræſentat litigatoris perſonam in iudicio folio. 43.aphoriſ.58.
in Iudicio tria debent eſſe conformia folio.96.aphoriſ.134.
Iudices licet iurauerint iudicare ſecundùm leges, tamen non dicuntur negligentes in exhibenda iuſtitia niſi fuerint interpellati. fo. 81.aphoriſ.110.
Iudex eccleſiaſticus eſt competens laico, & eccleſiaſtico ſimul quando debent hi duo vnà conueniri, & dubitatur coram quo iudice ſit vterque conueniẽdus folio.80.aphoriſ.109.
Iudex.aphoriſ.78.
Iudex habens generale, & plenum arbitrium ſuper ſtatu ciui-

tatis , non poteſt tollere ſtatuta ſpecialiter edita , quanuis poſsit facere nouam prouiſionem. eodé.
Iudex ordina. non poteſt legé papę tollere fo.86.apho.119.
niſi aliqua cauſſa emergeret. eodé.
pro Iudice aliquid faciente præſumitur folio.145.apho.209.
Iudex debet calumnioſam petitionem lacerare fo.79.aphoriſ.106.
Iudici qui dedit alapam puniri debet criminaliter folio. 128. aphoriſ.182.
Iudices debent medicos imitari. folio.80.aphoriſ.107.
Iudici quando reſiſtendum. apho. 108.eodem folio.
ſi in articulo iuramenti an liget eſt probabile dubium , & cauſa eſt eccleſiaſtica , Iudex laicus eſt incompetens folio.85.apho. 119.
Iuramenti vis folio.63.aphoriſ.80.
Iuramentum folio.81.aphoriſ. 112.
Iuramentum in ſupplementú probationis quando deferri debeat. folio.82.aphoriſ.eodem.
Iuramentum in ſupplementum probationis an habeat locum in regno Franciæ eodem.
Iuramentum calumniæ non exigitur , nec eſt de ſubſtantia vbi non eſt quæſtio facti ſed iuris , & non requiritur probatio, vel cum proceditur in confeſſum folio.eodem. aphoriſ.113.
Iuramentum habet vim clauſulæ derogatoriæ ad ſequentia folio. eodem.aphoriſ.ſeq.
Iuramentum habet vim ſpecialis renuntiationis , & caſus expreſsi. folio.83.aphoriſ.114.
ſtatuta quibus cum Iuramento renuntiari poteſt eſſe æquiſſ. Quod nota pro mulieribus quæ renuntiant velleia. ſtatutum præſumens dolú operatur vt Iuramentum nullius ſit momenti folio.84. aphoriſ.eodem.
de Iuramento defuncti in contractu præſtito tenetur hæres , nec ab eo abſolui poteſt ſecundùm communem opinioné docto. folio.84.aphoriſ.116.
Iuramentú eſt quædà qualitas, & deſtructo ſubſtantiali , corruit accidentale folio.85.aphoriſ.117.
ſi in articulo Iuramenti , an liget, reſultet probabile dubium , & cauſſa eſt eccleſiaſtica iudex laicus eſt incompetens folio. eodem. aphoriſ.119.
quando eſt probabile dubium an aliquis ſit à Iuramento relaxandus relaxatio fit à ſolo Papa fol. 86.aphoriſ.eodem.
obligatus ad factum præſtandum tenetur tantùm ad intereſſe niſi Iuramentum interuenerit folio. eodem.aphoriſ.120.
Iurans non reuocare teſtamen-

mentum, ſi tamen reuocauerit eſt periurus quanuis poterat nonobſtante iuramento reuocare fo. 87. apho.121.
Iuramentum prȩſtitum per mulierem de non alienando, impedit alienationem fundi dotalis ſecundo loco factam cum iuramento, & ſtandum erit priori iuramēto eod.
Iuramentum contra ſtatuti formá præſtitú, non validat actum, ſi ſtatutum contineat fauorem alterius apho.123.folio eodem.
Ius in re in qua locationis ſpecie transferatur.fo.99.apho.139.
verbū Iuſtè, quid importat f. 153. apho.228.

L

à tenore Legis vel ſtatuti non eſſe recedendum fo.57.apho.79.
Legis in contemptum qui procedit is errat in iure eodem.
Lex vel ſtatutum quando in genere non in ſpecie loquuntur fo.119. apho.168.
Legitima naturæ qnid apho. 124.
Legitima poteſt & augeri, & minui per ſtatutūvel cōſuetudiné eo.
repudiare hæreditatem, & acceptare Legitimam quando quis poſſit fo.89.apho.125.
Legitima quando debeatur eod. fo.apho.126.
Legitimæ petendæ ius poteſt ad quoſcunque tranſmitti eodem.
Legitima debetur filio ī ꝓprietate & fructibus ſimul fo.90.apho.127.
in Legitima quando computandi fructus eodem.
Legitimatio fo.92.apho. 128.
Legitimatió eſt actus verus non fictus eodem.
Legitimos filios facere an poſsint ſuos ſpurios Comites & principes ſo.92.apho.28.
Legitimationem non eſſe actum verum, ſed fictum eodem.
Legitimatus ab Imperatore vel rege, nó ideo citius habilitatur ad ſpiritualia nec ad beneficia eccleſiaſtica obtinenda apho.129.
Legitimatus per reſcriptum principis non compræhenditur in contractu emphyteuſcos celebrato ꝓ ſe & filiis ſuis legitimis apho. 130. folio.93.
Legitimationi ineſt verus ſtatus legitimorum apho.131.
Legitimatos habere omnia ſicut per matrimonium eodem.
Legitimatio ſe extendit ad ſtatutū fo.94 apho.131.
Legitimatus per reſcriptum, excludit ſubſtitutum fo.95. apho.eod.
Legitimatus & legitimus idé eod.
Legitimatorum tria beneficia eod.
Legitimatus æquiparatur regenerato per baptiſmum eodem.
Legitimati quos excludant eodem fo.apho.132.
Legitimati nó ſuccedunt in Francia.fo.96.132.
Libellus fo.96.apho.133.
Libello actoris vel rei contenta fidem faciunt etiam aduerſario. fo. 35.apho.49.

Libellis actoris dicetur ineptus, quando in eo apparet defectus petitionis & ipſa petitio non eſt bene facta fo.96.apho.133.
Libelli inepti exceptioni non prę-ſcribitur eodem.
de Libelli ineptitudine opponi poteſt & vſque ad ſententiam,& poſt ſententiam ad eam annullandá eo.
Libello debet eſſe conformis ſententia fo.97.apho.134.
in Libello eſt cóſiderandus agendi modus, & excipiendi, opponendi exequendi eodem.
Libris cenſualibus creditur.fo.30. apho.43.
Litiſconteſtatio fo.97.apho.137.
Litis cognitor quid eodem.
Litiſconteſtatio quam vim habeat folio 98.
Locatio & conductio folio 98. apho.138.
Locatio ad longum vel ad modicum tempus quæ dicatur eodem.
in qua Locationis ſpecie tranſferatur ius in re.fo.99.apho. 139.
Locatio ſi fiat vltra decé an. vtile dominium tranſferrur eodem.
Locatio ad longum tempus prohibetur alienatione ꝓhibita fo.eod.
bona cautela ꝓ Locatione adlógũ tép' ne tráſferatur dominiũ f.100
de Locatore ad longũ tépus idem erit dicédum quod de emphyteuta folio eodem apho.140.
Locutio quid ꝓpriè f.101.aph.141
in Locatione optima cautela fo. eodem apho.142.
Locator ſi promiſit quòd nemini vendet in præiudicium conductoris,& pro hoc fundũ locatú ſpecialiter obligauerit fo.102.apho.142.
Locator ſi iurauerit in contractu non expellere cóductorem etiam ſi voluerit ſoluere damna & intereſſe, non poterit folio eodem. apho.143.

M

Malus ſemel ſemper præſumitur malus folio.60.
Mali mores per tres annos corrigi præſumuntur folio.61.
Malæ fidei poſſeſſor reſtituit fructus folio.59.
qui í vſufructuario,an reſtituat eo.
Mandatum reuocari poſſe clandeſtinariè nó facta certioratione nuntio vel illi ad quém dirigebatur mandatum fo.117.apho.166.
Mandatũ quando non expirat morte mandátis.fo.146. apho.213.
Mariti ſeuerè tractantes vxores fo.105.apho.147.
Maritus poteſt eppellere vxorem ob non ſolutam dotem.folio. 105. aphoriſ.147.
Matrimoniũ folio.103.apho.124.
non tenetur pater aſsignare dotem filiæ quæ inuito patre matrimonium contraxit folio eodem.
conceſsio ob bene merita eſt loco ſolutionis folio.141. Apho.200.
Merũ imperiũ ſolus Papa & imperator & rex habent fo.78.aph.104.
Minutæ contractum & litterarum folio 32.aphoriſ.44.

Monachi folio.106.aphoriſ.151.
Monachi æquiparantur ſeruis. folio.107.
Monachorum velle dependet à poteſtate abbatis.eodem.
Monaſterium vnde dictum. eodá.
Monachum ſuum quando poterit Abbas de beneficio deponere folio.108.aphoriſ.152.
papa poteſt diſpenſare quòd Monachus redeat ad ſæculum,& magis quòd poſsit accipere vxorem quod nota.eodem.
per Monachalem profeſsioné perditur dignitas Comitatus vel nobilitatis folio.aphoriſ.154.
Mora geminata fol.63.aphoriſ.81.
Mora folio.109.aphoriſ.155.
Mora purgari poteſt de æquitate canonica in omni caſu quo ius aduerſarii deterius non efficitur fo. 109.aphoriſ.156.
Moræ purgatio quando impediatur. eodem.
Moram purgari non poſſe die non expreſſa & quæ non poteſt præuideri eodem.
Morte vnius ceſſat officium alterius.fo.52.aphoriſ.75.
Mors & infamia,idem.eodem.
Mors ciuilis quando æquiparatur naturali folio.106.aphoriſ.150.
Motus proprii clauſula obreptionem tollit.folio.63.aphoriſ.82.
Motus proprius non præſumitur, niſi de eo fiat mentio folio.64.
Mulier quæ ſine dote nupſit, cenſetur marito omnia bona dediſſe. folio.104.aphoriſ.147.
Mulierem quando iuris ignorantia excuſet fo.106.aphoriſ.149.

N

Negatiua qualirer probatur fol. 143.aphoriſ.203.
vis clauſulæ Nonobſtante. folio. 141.aphoriſ.201.
Notarius non poterit atteſtari de apoſtillis ,& additionibus in margine appoſitis folio.73.apho.95.
Notarius non poteſt tria alteri de ſuo officio committere,ſcilicet partes audire ſcribere protocollum, & inſtrumentum ſubſignare folio. 22.adhoriſ.95.
Notarius debet regiſtrare omnia de quibus rogatus eſt à partibus folio.eodem.aphoriſ. 94.
Notari' quid debeat agere in ſcribendo inſtrumento , quid cauere. folio.70. Aphoriſ.93,
Notarius quod ponit in inſtrumento cenſetur pars ſic dixiſſe. eodem.
Notorium.folio.101.aphoriſ. 157.
Notorium debet allegari. eodem.
Notorium & fama publica gualiieo probentur folio.54.apho. 76.
Notorium eſt præſumptio iuris ſine allegationis neceſsitate , qualiter intelligatur fo.111.apho.157.
Notoriũ quid ſit folio.147. aphoriſ.115.
Nullitas fo.112.aphoriſ.160.
Nullitas propria ſignificatione.eo.
Nullitas opponi poteſt ſi deeſt

ſolennitas.eodem.
Nulla conteſtatio, nulla citatio nihil operatur folio.eodem.aph. 161.
ex contractu Nullo.eodem.
propter citationem Nullá præſcriptio non interrumpitur, nec perpetuatur.eodem.
Nullitas pœnalis, quando fol.113.
Nullitas actus eſt pœna.eodem.
Nulla non ſunt geſta contra prohibitiones hominis, niſi prohibitio habeat cauſſam perpetuam prohibendi, vel niſi apponatur, aliâs poteſtatem non habenti gerendi ipſum actum in conceſsione poteſtatis folio.eodem.aphoriſ.162.
Nullitas ex defectu poteſtatis vel iuriſdictionis reſultans ratione perſonæ vel iudicis actum gerentis. folio.114.aphoriſ.163.
Nullum maiorem in ſtatutis & iudiciis defectum, & nullitatem eſſe poſse, quàm defectum iuriſdictionis.eodem.
Nullitas ex defectu ſolennitatis. folio.115.
licet Nullitatis exceptio executionem trium ſententiarum impediat, tamen aliter erit ſi nullitas procedat ex defectu poteſtatis, & iuriſdictionis folio.115.apho. 164.
Nuncius folio.116.aphoriſ.166.
Nuncius priuati ſpecialis eſſe debet non generalis eodem.
Nuncius ſic vt epiſtola ſe habet. eodem.
Nuncius eſt veluti organon vocis.eodem.
Nuntio non creditur, niſi literas oſtendat.folio.117.

O

Oblatio.folio.117.aphoriſ.167.
Oblatio quid apud Romanos ſignificabat.folio.118.
Obligatio naturalis geminata.fol. 64.aphoriſ.83.
Officiarius deputatus ad cuſtodiá archiui publici probat magis folio. 31.aphoriſ.43.
Olim.folio.eodem.aphoriſ 168.
Olim præſentis tempo.eodem.
Olim futuri.eodem.
Omnino folio. 119.aphoriſ.169.
Omnino eſt præciſa dictio. eodē.
Omnino eſt idem quod nullo modo folio. 120.aphoriſ.eodem.

P

propter Pacem multa faciunda f. 23.aphoriſ.37.
Pactum de non petendo factum abſenti non habet vim expreſsionis doli folio.42.aphoriſ.58.
Pactumgeminatum.folio.63.aphoriſ.81.
Palàm, id eſt in loco publico folio. 53.aphoriſ.76.
Pars folio.120.aphoriſ.170.
Pars tripliciter accipitur.eodem.
Parti ſit addatur verbum diſcretiuum. 121.
de Parte minuſcula qualiter intelligendum.eodem.
Pater quando tenetur ad filiam dotandá quæ ſe inuito nupſit. fol. 103.aphoriſ.124.

Pater non tenetur aſsignare doté filiæque ſe inuito contraxit matrimonium. eod.
patre abſente & incarcerato poteſt iudex dotem aſsignare filiæ folio. 104. aphoriſm. 146.
argumen. de Parte ad totum an valeat. folio. 122.
Patronatus. fol. 122. aphoriſ.137
ius Patronat⁹ an ſit ſpirituale eod.
ius Patronatus non poſſe per ſe vẽdi,ſed bene acceſſoriè fol. 123.
ius Patronatus qualiter accipiatur fol. 124.
Patronum laicum non donare vel legare ius Patronatus,qualiter intelligendum.folio.125.
Patronatus ius & ſeruitus æquiparantur. fol. 126.
Patronatus iura quomodo à laicis poſsideantur. eodem.
Patronatus ius qualiter acquiritur fol. 124.
Paupertas excuſat à releuanda appellatione. fol. 7. aphoriſ. 10.
Paupertas quando excuſat. folio. eodem aphoriſ 12.
Petitionem calumnioſam iudex lacerabit aphoriſ. 106,
Perinde fo,122. aphoriſ. 171.
Peruerſio in proponendis exceptionibus. fo. 21.
Plenitudine poteſtatis non præſumitur princeps in dubio velle vti folio 132. aphoriſ. 178.
Pœna & dies quando ex eodem ſimul procedunt,moram non purgari,folio 110.aphoriſ.156.
Pœna folio.126. aphoriſ. 178.
ſub pœna Promittens factum alienum & faciens quod in ſe eſt vt adimpleat,ſi non potuit,pœna tamen non cõmittitur.fo.127.ap.eo.
Pœnalem legem extendi vbi par eſt ratio fol.eodem. aphoriſ.179.
Pœnam non poteſt iudex remittere in præiudicium fiſci folio 118. aphoriſ. 163.
Pœnam capitis poteſt iudex mutare in pecuniariam,ſi non procedatur per accuſationem, ſed per inquiſitionem. eodem.
Pœnam arbitrariam vbi iudex poteſt imponere,non poterit imponere pœnam publicationis bonorum folio 128. aphoriſ. 183.
Pœnæ appoſitio in vno contractu quando præſumatur repetita in alio fol.129. apho. 184.
Pœna adiecta ad obſeruãtiam primi laudi, non committitur non ſeruando ſecundum confirmans primum eodem.
Pœnam quis nõ debet petere niſi etiam contractum ex parte ſua adimpleuerit. fo.130.apho.185.
Populum decem homines facere fol.53.aphoris 76.
Poſſeſſor malæ fidei reſtituit fructus folio 59.
Poſſeſſorium folio 122. aphoriſ. 172.
Poſſeſſorium remedium eſſe perpetuum.eodem.
ex Poſſeſsione dominium non præſumi fol.144.apho.205.

Poteſtas ſuperioris à iuriſdictione eſt inſeparabilis: ideò ſemper in iuriſditionalibus eſt reſeruata. folio 77. aphoriſm. 104.
Præcarium datur ad vſum indeterminatum folio 33. aphoriſ. 63.
Præcarium non operatur in futuris. eodem.
Prælatus fo. 137. aphoriſ. 192.
Præſentatio debet probare præſentantem eſſe in quaſi poſſeſsione præſentandi folio 124. aphoriſ. 168.
Prꝗſentatio vt valeat quæ requirantur. eodem.
quid ſi plures ius præſentandi habeant?. eodem.
inter Præſentanteis prætendentes ſe patronos quid fiet? folio eodem.
Prꝗſentandi ius indiuiduum tranſit in omnes hæredes in ſolidum folio 125.
Præſentatio qualiter fieri poſsit & debeat. folio 126.
Præſcriptio. folio 130. aphoriſ. 186.
Præſcribit hæres ex perſona ſua de æquitate canonica, ſi eſt in bona fide eodem.
de iure ciuili non Præſcribit eod.
Præſcribitur libertati non ſoluendi uectigalis. x. an. inter præſentes & xx. an. inter abſenteis contra priuatum folio 131. aphoriſ. 187.
Præſcribit quadriennio emens ré à principe folio 133. aphoriſ. 178.
Præſcriptio non cadit ſi apparet de violentia. folio 134. apho. 189
habens titulum & bonam fidem Præſcribit contra creditorem habentem hypothecá reſeruata creditori dumtaxat actione perſonali folio 135. aphoriſ. 190.
dubitans non eſt aptus ad Prꝗſcriptionem requirentem bonam fidem folio 135. aphoriſ. 190.
ſi dicatur, nonobſtante Prꝗſcriptione, quid erit intelligendum? folio eodem aphoriſ. 191.
non Prꝗſcribitur facultati in exercitio deductꝗ & ius non tribuenti. folio 136.
Præſumptio folio. 143. apho. 203
Prꝗſumptio iuris & de iure eodé.
Præſumptio legis eſt liquida probatio fol. eod. aphoriſ. 204
Præſumptio iuris quòd quis ſit in bona fide etiam ſi titulus aliquis non appareat eodem.
Præſumptio ſic eſt accipienda vt ne incidiamus in delictum. aphoriſ. 208.
Præſumendum bene potius quàm malè eodem.
Prꝗſumitur pro iudice aliquid facientc. folio 145. aphoriſ. 209.
Præſumitur pro arbitratore quòd iuſtum eſt ſuum laudum. eod.
Princeps. folio 138. aphoriſm. 194.
princeps concedendo ex certa ſcientia, facit vt credatur illud eſſe verum nec in dubium reuocandum folio 101. aphoriſmus 199.
Principis duplex poteſtas eodem

Princeps poteſt ſine cauſſà ius & dominium alicui aufferre ſaltem de plenitudine poteſtatis. eodem.
Princeps quod facit ſub nomine dignitatis ſucceſſor etiam non hæres tenetur ratum habere folio 141. aphoriſ. 200.
Principe rem donante alicui, licet eam ſucceſſor donauerit alteri & illi tradatur poſſeſsio priùs, tamen præferetur primus aphoriſ. 201.
Prima conceſsio à Principe facta ſortiri debet effectum, nec erit auferendum caſtrum primo donatario, ſed defendendum,& ſecunda impetratio præſumitur obreptitia & impetrata per importuni tatem à principe. folio 142. aphoriſ. 201.
In contractu cum Principe celebrato præſumuntur omnia ſolenniter acta folio 142 aphoriſ. 202.
Princeps obligatur in contractibus indiſſolubiliter. eodem.
verbis narratiuis Principis eſt ſtãdum ſuper facto alieno ad plenã probationem, ſi princeps ſe fundat ſuper illo facto. eodem.
Probatio. folio 146. aphoriſm. 215.
Probatio optima aduerſarii confeſsio. folio 40. aphoriſ. 56.
probatio probata quid. folio 72. aphoriſ. 93.
Probationes in petitorio quando valeant in poſſeſſorio. folio 97. aphoriſ. 136.
Probationis legitimum impedimentum folio.19.aphoriſ.33.
Probationes etiam per inſtrumẽta non producunt actionem, nec executionem paratam. folio 147. aphoriſ. 215.
Probatio euidens ex inſtrumento publico & authentico reſultat. eodem.
an Probari poſsit delictum per inſtrumentum. eod.
Probationem & ſententiam in iure facere rem notoriam qualiter intelligatur eodem.
Probatio euidens quę.eodem.
ſi ex Probatione conſtat de iniuſtitia facta,debet retractari ſententia. folio 148. aphoriſ. 216.
Probatio qualiter debeat concludere vt valeat. folio eodem aphoriſ.218.
Probatio clericatus non debet fieri coram laico iudice fol. 249. aphoriſ.220.
Probationes impertinentes quæ dicatur. fol. 149. aphoriſ. 122.
Proceſſum eſſe in cauſſa quando dicimus.fo.35.apho.48.
Procurator quãdo admittatur pro aliquo defendendo in iudicio. fol. 17. aphoriſ. 30.
procurator.fol.145.apho.210.
Procurato generalis eligere nõ poteſt ſine ſpeciali mandato, vel ſequatur ratihabitio. eod.
Procurator ſimpliciter datus qualiter accipiatur. folio. 146. apho. 211.

Procurator tenetur dominum in iuditio defendere ex eo quod acceptauit mandatum & onus. folio 146. aphoriſ.212.
Proteſtatio in cauſſa appellationis quantum conducat vt releuet appellantem de negligentia fol. 20. apho. 33.
Publicè & in loco publico audire quid folio 53.aphoriſ.76.
Publicè,id eſt coram viris honeſtis eodem.

Q

Qualitas præſupponit ſubſtantiam eſſe fo.85.aphoriſ. 117.
Qualitas eſt aliquando ſua ſubſtantia fortior.fol.85. aphoriſ.118.
Querela aduerſus ſententiam. fo. 7. apho, 20.
verbum Quomodo, vt accipiatur folio. 65. aphoriſ. 83.
Quondam. fo. 118. aphoriſ.168.
Quondam præteriti temporis eo.

R

Regis autoritas quanta ſit.fol.138.
Reſcriptum geminatum. folio 63. aphoriſ. 82.
Relaxatio fit à ſolo papa quando eſt probabile dubium an aliquis ſit à iuramento relaxandus. folio 86. aphoriſ. 119.
Remiſsio debiti præcedentis per computum factum vt præſumatur præſumptione iuris quæ requirātur. fol.144. apho. 206.

S

Scripturæ verba non debent ſuos limites excedere. folio 152.aph. 226.
Scripturæ non contradicens videtur eam acceptare. fo. 36.aphoriſ. 49.
quid in producente ſcripturam an videatur eam confiteri? folio. 35. aphoriſ. 49.
Sententia. fol. 151.aphoriſ.226.
Sententiæ verba ſtrictè & prout iacent intelligenda.eodem.
Sententiæ interpretatio non admittit fictionem folio 152 . aphoriſ. eodem.
in Sententia & re iudicata omnia præſumuntur ſolemniter acta.fo. 151. aphoriſ. 225.
Sententiæ verba impropriantur vt ſortiantur effectum &ſuſtineantur. fo. 152 aphoriſ.227.
Sententia recipit extenſiuam interpretationem. eodem.
Sententia quæ in rem iudicatam tranſiit poteſt tolli per reſcriptū eodem.
Sententiam & probationem in iure facere rem notoriam qualiter intelligatur. folio 147 . aphoriſ. 215.
Sentētia debet retractari ſi ex probatione conſtat de iniuſticia facta folio 148 aphoriſ.216.

Seruitus tranſit in quanlibet partem in ſolidũ diuiſo fundo fo.126.
Solemnitas fo.150.aphoriſ.222.
Solennitas non prçſumitur in actibus contentioſis & iudicialibus, quia abeſt conſenſis:ſecus in volũtariis contractibus. eodem.
Solennitas quæ requiritur in conficiendo inſtrumento requiritur in reficiendo.eodem.
Solennitas extrinſeca ex tranſcurſu temporis præſumitur. folio eodem.aphoriſ.207.
Soluere qui promiſit ad diem certum ab inde in futurum ad omnem petitionem & voluntatem creditoris folio.136.apho.190.
Subſtantia reducit ad eſſe perfectũ folio.56.apho.79.
Statutum præſumẽs dolum operatur vt iuramentum nullius ſit momenti folio.84. 115.
Statuta quibus renuntiari poteſt etiam cum inramento eſſe æquiſsima. Quod nota pro mulierib⁹ quç renuntiant velleiano f.83.aph.eod.

T

Tacens in iudicio quando habeatur pto conſentiente fo.8.apho.14.
Temporalis diſpoſitio non exprimens in dubio tempus intelligitur durare .x.an.folio.136.apho.191.
Teſtatoris voluntatem poteſt epiſcopus alterare quanuis legatum ad pias cauſſas nõ poſsit. folio.138. aphoriſ 193.
vt Teſtamenti vel alterius diſpoſitionis inſtrumentum probet oportet quòd in totũ producatur quanuis facienda ſit parti copia tantùm de particula continente diſpoſitionem fo.149.aphoriſ.219.
Teſtis quando reddere debeat rationem dicti ſui, & quando non folio 52 aphoriſ.73.
Teſtium numerus ſupplet fidem folio.54.aphoriſ.76.
Titulum habens & bonam fidem ſpatio longiſſ.temporis præſcribit contra creditorem habentem hypothecam reſeruata creditori dun taxat actione perſonali folio. 134. aphoriſ.190.
Titulus lucratiuus quid folio. 47' aphoriſ.63.
Tituli probatio qualiter ex antiquitate fieri debeat, & per fidem publicam folio.52. & 53.apho.76.
Titulus quando non requiratur folio 132.aphoriſ.187.

V

Vendita res duob⁹ fo.44.aph.62.
cum Vniuerſitate quædam tranſeunt quç aliâs nõ trãſirent fo.123.
Verba ſecundùm ſubiectam materiam interpretãda fo.152.aph.228.
Verba principis enuntiatiua folio 63.aphoriſ.80.
Verba enuntiatiua iurata eodem.
Verba geminata fo.64.apho.84.
Verbum omne geminatiuum ſeu multiplicatiuum quid debeat importare folio.65.aphoriſ.85.
Verba geminata ampliant effectus vt aliquid operentur eodem.
Verba ex certa ſcientià appoſita

inſtrumento quid operentur folio 71 aphoriſ.93.
Veriſimilibus duobus datis quid folio.144.aphoriſ.207.
Vita hominis quæ longiſsima fol. 6.aphoriſ.9.
Victus victori in expenſis folio. 40.aphoriſ.66.
Vſufructuarius an reſtituere debeat factus folio.59.
Vſumfructum fundi eſſe partem qualiter intelligatur folio. 121. aphoriſ.170.
Vtile dominium tranſfertur, ſi locatio fiat vltra X. annos folio. 99. aphoriſ.139.
Vxorem non dotatam maritus non tenetur accipere fo.104.apho.147.
Vxorem ob non ſolutam dotem maritus poteſt expellere. fo. 105.

FINIS HVIVS REPERTORII.

b.

IOANNIS BRECHAEI TVRONI IVRECONS. cauſſas apud ſuos Turones agentis in Aphoriſmos Iuriſprudentiæ.

PRAEFATIO.

AD CLARISS. AC DOC-
TISS. VIRVM D. BARTHO-
LOMAEVM FAIVM
Lugdunenſem Iureconſ. præſtantiſ. & Conſiliarium Regium in Senatu Pariſienſi.

QVOD ADEO OPT. MAX. Seruatore noſtro ſemper precatus ſum, Fai prę-ſtantiſſ. id mihi tandem bonis auſpitiis obuenit. Nam cum ad bonarum

diſciplinarum ſtudia (arroganter nimis à me dictum non velis) ab ineunte ætate animum adpulerim, eámque vitæ ſortem mihi primùm delegiſſem vt medicam profeſsionem induerẽ, propterea quòd Græcam philoſophiã auidiſsimè amplectebar) ab eo me ſtudio pientiſsimus Pater, pro imperio reuocauit: ac tum demum iuſsit legum vt diſciplinam capeſſerem. Ego verò qui votis paternis reſpondere vehementer percuperem, ab Hippocrate & Galeno, ad Vlpianos, Põponios, & Imperatores animum traduxi meum. Sed cum diu ſatíſque ibi moratus eſſem, ſubductis rationibus omnibus, ſummam feci cogitationum mearum: ac nihil potuis faciundum mihi eſſe duxi, quàm ſi forenſi militię nomen tandem darem, & ad iudicialem paleſtram accederem. Cui ego rei poſtquàm totos plus duode-

çim annos operam poſui,atque egregiè (vt videor) nauaui,potiſsima fuit cura, rerum quotidianarum Commentarios mihi conſcribere: ac veluti ſtudiorum meorum rationes à meipſo exigere & poſtulare. Inter cętera autem hi noſtri IVRISPRVDENTIAE APHORISMI prodeũt: quos paulatim,vt commodùm fuit,ac vt litium cauſſarúmque inſtituendarũ argumẽta & rationes tulere, ἀτάκτως primùm ſcripſimus: tum demum à Ponceto Preuxio bibliopola & rogatus & impenſius obſecratus eos vt digererem & reconcinarem, ac poſtremùm vbi & D. And. Tiraquello, & tibi probari perſenſi,tuo etiam ſuaſu publico committere nihil pertimui. Forſan equidem (vt iam intellexi) mirabuntur plerique nouum libri titulũ noménque antea inauditum: ſed ſi captum meum diligenter diſcuſſerint,

ſicuti ego tecum aliquando commentabar, cognoſcent tandem & legitimum, & aptiſsimum eſſe. Nam Iureconſultis non minus, quàm Medicis conuenit ἀφορίζειν. Et quod Hippocrates placita conſtátéſque ſententias de ratione Medicinæ, Aphoriſmos appellari voluit, hoc idem aptè exiſtimatiſsimorum grauiſsimorúmque Iureconſultorum areſta, ſtatáſque de ratione experiũdi iuris ſententias liberũ nobis erit dicere. τοῦτο γὰρ ἀφοριστικῶς διδάσκειν, ἐστὶ διὰ βραχυτάτων ἅπαντα τὰ τοῦ πράγματος ἴδια περιορίζειν. Iam verò, quid mihi cum reliquis hominibus ſi modò me tibi χαρίζεσθαι intellexero?. Quod quidem vt perficiam πάντα λίθον κινῶ. Ego nanque, Fai Clariſs. hac vna re mihi nunquam ſatisfacio, quòd amorem in me tuum ſatis prædicare mihi integrum non ſit, quando merita aſſequi nullo modo poſsim. Tu enim in-

deſinenter me obligandi occaſiones auidiſsimè amplecteris: & ego nemini lubentius debeo. Non ſunt iſta, Fai pręſtantiſs. nō ſunt iſta ſcripta elegātiſsima, quę de tuo pectore ſoles luculenter depromere. Non ſunt inquā iſte tuę iuris lucubrationes quas ſcitè ſubtilitérque, ac mira dicendi grauitate tonas. Emoriar niſi quotidie admirer vehementer, laborem hunc tuum, vigilias, ac diligentiam. Equidem qui ferè ſemper litigantibus dare operam lubenter ſoleas, tum verò decurię tuæ pluteum frequens occupes, diligens ſanè & multus in litibus inſpiciendis & exponendis, tu nihilominus libris immorari ac pene immori nuſquam deſinas. Iureconſultos euoluere, ſimul & bonas arteis ac diſciplinas pertractare. Quid plura?. Omnis generis verſus aſsidue cudere. Non dicam quantam operam poſu-

eris in reſtituendis D. Fran. Conáni Cómentariis Iuris Ciuilis: qui tuo ductu & auſpiciis iam primùm editi & ſuo authori poſthumi excuduntur. Quamobrem quid cauſę eſt, cur in optatis non ſit complecti te hominé florentem ętate, opibus, ingenio, amicis: purgatiorúmque diſciplinarum ornamentis ſplendididiſsimum? Ad te igitur magis ac magis accedo: méque tibi totum trado. Memini enim ſummi cuiuſque bonitatem, commune perfugium eſſe omnium. Nullum mehercule celebrandi tui finem hic faciam, ſi genio meo indulgere uelim: ac niſi me & incœptę rei & temporis ratio manum de tabula tollere ſuaderet. Bene Vale, Fai præclariſs. & ſemper, vt ſoles, tuum BRECHAEVM ama. Iterum vale. LVTETIAE Calen. Aprilis. AN. M. D. LII.

Aphoriſmi Iuriſpru-DENTIAE,

SEV

Singularia Placita conſtantéſque ſententia inter Iuriſconſultos Legúmque profeſſores de ratione experiundi iuris.

ABSVRDVM.

Aphoriſmus I.

ABSVRDVM, quod à Græcis ἄτοπον dicitur, etiam ſi verbis expreſſum non ſit, ſemper tamen excluſum cēſetur. l. Pomponi' ſcribit. vbi gloſſ. in verb. pendeat. de nego. geſt. l. Scire oportet. §. aliud. ff. de excuſ. tuto. Bald. in l. nō dubium. 4. col. C. de legib. Bart. in l. omnes populi. verſ. iuxta prædicta quęro. de iuſti. & iur. in. l. Quoniam ſororem. C. de iur. delib. Cy. & Bald. in. l. Quod verò contra. de legib. Barto. in l. furti. §. Pactus. ff. de his qui no. infa. vbi cōcluditur abſurditatem in ſtatutis vitari debere. Itaque bonū eſſe argumētum à ſequela abſurditatis. cap. Dudum. §. j. vbi eſt bona gloſſ. de præb. in 6. cap. Cum inter. ex. de exceptio. l. Siue hæreditaria. ſub fi. ff. de nego. geſt. l. Aliis. de reg. Iur. l. Nam & abſurdum de bo. libert. ff. Bal. in l. Conuenticulá. 3. col. C. de epiſ. & cler.

Bonum eſſe arg. à ſequela abſurditatis

Sed cum ab abſurdo rectè poſsis argumentari vt iurib. ſ. cita .& cap. Clericos de offi. vica. & cap. iniuſtum, de re. permuta, An huiuſmodi argumentum locum habeat in Statutis? Et Bald. in Authen. Sed nouo iure. C. de epiſco. & cler. concludit habere: vbi ait abſurdum eſſe quòd maior imponatur pœna duobus concurrentibus, quàm tribus.

¶Neque verò abſurdum vbique improbatur. Nonnunquam etenim ſolet permitti abſurdũ, vt maius inde vitari poſsit. tex. eſt in l. Ita vulneratus. ſub. fi. ad leg. aquil. Specul. in titu. de inſtru. edit .§. 6. verſ. Sed & cum dies. Sed vt vitari poſsit abſurdum, ſolet fieri tranſlatitia legis interpretatio ſeu extenſio ad ſpeciem minimè nominatim & expreſsè ſancitam adſcriptámque & ad caſum non expreſſum, qui tamen eodem rationis nitatur argumento. l. Quæſitum, quam ad hanc rem ſingularem & notandam dicit Bartolus. ff. de teſtib. Dicimus autem argumentum à contrario legis ſenſu eſſe validum, ſi modò abſurdus inde intellectus non colligatur: alioqui enim minimè ſubſiſtet. Docto. in. l. j. §. j. de offi. eius cui mand. eſt iuriſ. l. A uunculo. ff. de condit. ſin. cauſ. Sic & pluralitas ſemper in ſingularitates reſoluitur, niſi ſequatur abſurdum. Bartolus in .l. Ait prætor .§. Negotia. ff. de nego. geſt. Paul. Caſtrenſis. Conſ. 202. incipiente. Viſa ſupra

Argumen. à contrario legis ſenſu.

ſcripta facti narratione. in Conſ. nouis.

Acceſſorium.

Aphoriſ. 2.

VVlgari iuris regula dicitur, Acceſſorium naturam ſui principalis ſequi, vt .l. Cum principalis. de regu. iur. cap. Acceſſorium de regu. iur. lib. 6. Fit tamen vt principale ſemper trahat ad ſe acceſſorium. l. Si vt certo .§. Vſque adeò. ff. Commodati. Vt ſi deponatur homo veſtitus, veſtimenta quidem hominis non cenſentur depoſita, ſed ſunt tanquam acceſſorium depoſiti. vt. l. j. §. Quæ depoſitis. ff. depoſ. cap. j. de conſecra. eccleſ. libro 6, not. in. l. Iuris gentium .§. Quinimo. de pact. l. Ex pupillari de vulg. & pupil. Sic ſpiritalia ſeu res ſacræ prophanis nunquam accedunt. vt tenet Innocen. in cap. Ex literis de iur patro. Gloſſ. & ibi docto. in Clemen. Per literas de præbend. Aliqua tamen acceſſoriè fieri poſſunt, quæ aliâs principaliter nulla ratione liceret. vt. l. Quotiens. C. de iudi.

Aduerbium.

Aphoriſ. 3.

ADuerbij & Nominis varia eſt ĩ ſignificando poteſtas, ſicut. not. Innoc. in cap. fi. de libel. obla. Propterea dici conſueuit deum

aduerbij, non nominis eſſe remuneratorem: id eſt non quod bonum, ſed quod bene ſit retribuere not. gloſſ. in cap.j.de conſecra. diſt. 4. Ecce enim cum quis apud inimicum gratiam init, ſiquidem ex charitate id faciat, bene actum eſt: ſi verò diſsimulandi criminis cauſâ, tam etſi bonum quoddam ſit inimicitiarum reconciliatio, minimè probandum. vt.d.cap.j.

Deus aduerbii remunerater.

¶ Duplicem autem Aduerbiorum ſignificationem, actiuam ſcilicet, & paſsiuam, Barto. in.l. Si vxor.§. Si quis de adulte. eſſe contendit. Et Bald. in repeti.l. Aedita. C. de eden.

Aduerſus.

Aphoriſ. 4.

Aduerſus et Præter ſimilem habere intellectum.

ADuerſus, præpoſitio, ſignificat idem quod Contra. gloſſ. in Cle. j. in verb. aduerſus. de in integ. reſt. Cal. in cap. Super ſpoliatione de ord. cog. Et dicit Archid. in cap. Nemo.in verb. aduerſus. 2. cauſ. quæſt.j.quòd aduerſus,& præter, eadem ſignificatione cenſentur.

Aduerſatiua.

Aphoriſ. 5.

ADuerſatiua eſt eiuſmodi, vt præcedentibus aduerſari ſoleat. l.2,§. Sed & for-

tius in fi. ff. Ne quis eum qui in ius voc. vbi Bartolus poſt gloſſ. Aduerſatur quippe his quæ ſunt eiuſdem generis præcedentis. Vt ſi dicatur: Sacerdotes canunt, Petrus autem currit, intelligitur quòd Petrus ſit Sacerdos. Barto. in l. Mariti .§. fi. de adulte. Cy. poſt Iaco. de rauen in Authen. Sacramenta. in.j. col. C. Si aduerſ. vendi.

¶ Autem dictio eſt aduerſatiua. Quia ſi quid præcedit, aduerſatur: aliâs ſecus. Quòd ſi præcedat aliquod generale, aptũ quidem vt comprȩhendat id quod per dictionem, Autem, adiicitur, illud ſanè, reſtrictiuè ſtat, vel aduerſatiuè, vel etiam correctiuè, ſecundum diuerſitatem rationis. hæc eſt doctrina Barto. in l. hoc amplius .§. de his autem. de dam. infec. Natura nanque huius dictionis, autem, vt antè diximus, eſt aduerſari præcedentibus. Archid. in cap. Si beneficia. de præb. lib. 6, Idẽ Barto. in l. Qui vſum fructum. de verb. oblig. exemplificans in aduerſatiua, Sed. Idem Gloſſ. & Barto. in d. l. Mariti. §. fi. de adulte. & d. l. 2. in fi. ff. Ne quis eum qui. &c. *Dictio Autem.*

¶ Aduerſatiua quoque inducit repetitionem facti, vel iuris prȩcedentis, cum quadam diuerſitate. vt l. hoc amplius .§. j. ff. de dam. infect. & d. l. mariti.

Alius, Alia, Aliud.

Aphoriſ. 6.

Implicatiuæ dictiones.

HAE dictiones implicatiuę ſunt, vbi locus eſt implicandi. l. Cum aliis. C. de ſecun. nupt. Tunc itaq; propriè ſunt implicatiuæ. At verò cum implicare nequeunt propter abſurdum, diuerſum erit. Vt cum dicitur in Euangelio. Crucifixus eſt IESVS CHRISTVS, & alij duo latrones cum eo, tunc quidem implicat factum, qualitatem autem non implicat. Ita gloſſ. in l. non ſolum. §. Quæritur. ff. de procur. in Authen. vt defuncti ſeu funera in prin. colla. 5 pulchrè Angel. Authen. de litigioſ. §. fi. in pen. col. Cy. in authen. Sed neque curialem. de epiſ. & cler. Gloſſ. in authen. Qui ſemel. in verb. aliud. C. quomodo & quan. iud. cap. Sedes cum ibi not. ex. de reſcrip. Et ſic regulariter facit eiuſdem qualitatis relationem. Ioan. And. in addit. Specul. titu. de ſponſa. gloſſ. in cap. j. in verb. alius de ſum. tri. in cap. j. in verb. alios de præb. in vi. in cap. deinde 26. diſt. Baldus in l. Et ſi poſt tres. Si quis cautio. ff. Geminia. poſt Immol. in cap. 2. de reſcrip. in vi. vide Alexandrũ in conſ. 39.

¶ Quandoque etiã dictio, Alia, diuerſitatem

denotat.l. Aliam.ff.de nouat. Ange. in authen. de litigioſ.§.fi. Et ſic refert aliud à noïatis & expreſsis. vt pulchrè Bald.in l.Si quis ſeruum. in fi.ff.de leg.2. Facit enim præcedentium relationes cũ eadem qualitate implicando præcedentia.l. Quidam relegatus de reb. dub. & ibi gloſſ. Roma. Conſ.489. facit quod not. Barto. in l.Pater.§. Quindecim.per tex.ibi de lega.3. vbi verbum, alij, intelligitur de aliis extra coniunctos. Vt cum Titius quindecim libertis prædiolum legauit, ea quidem lege & conditione, vt ſi quis eorum, alij partem ſuam vendiderit, ea pars vendita ad Ciuitatem Turonorum pertinere cenſeatur. Quidam eorum duobus ex collibertis & collegatariis ſuis portionem ſuam vendidit, quærebatur an ea pars ad Ciuitatem Turonorum ſtatim pertinere cenſeretur? reſpondit Scæuola nõ pertinere. Nam hæc dictio, Aliis, ad coniunctos in eodem legato non pertinere Bartolus cenſuit in d. l. Quidam. d.§. Quindecim vbi ait id eſſe maximè notandum, quòd faciat ad Quæſt. Quando plures receperunt fundum in emphyteuſin, nunquid inuicem alienare illis liceat? hoc in. l. voluntas. C. de fideicom. videtur licere vbi pater qui liberis ſuis prohibuit fundos extra familiam vendere, fratrem Sorori vendere aut donare non prohibuit.

Notandum pro alienatione Emphyteuſeos quæ extraneis prohibita eſt alienari.

¶Quid ſi res prohibita alienari extra fami-

liam, extraneo autem vendita ſit, tum demum recuſantibus emere his qui ſunt de familia, an valeat alienatio? videto Bald. in. l. voluntas. C. de fidei com.dy. & Barto. in. l. Qui Romæ .§. Cohæredes de verb. oblig. Alia, etiam aliquando de ſimili intelligitur, vt cum ſtatuto dicitur. Pœna pedis plectatur, aut alia: ſubintelligitur, ſimili. hoc pulchrè Baldus in l. Conuenticulam. C. de epiſ. & cler. Gloſſ. & docto. in. l. Si fugitiui. C. de ſer. fugit. Tex. in l. fi. C. de his qui à non domi. ma. Bald. in. l. Et ſi poſt. ff. Si quis caut. Immol. & Geminia. in cap. 2. de reſcrip. lib. 6. Ludouic. Conſ. 159.

De hac dictione, videto latè in Clem. Nõ poteſt. de procur: & in Clem. j. de præb. Et per Ioan. Andr. In cap. Cum in illis. de pręb. In 6. Et Anto. de butr. in cap. Sedes. de Reſcript.

Alia, dictio etiam eſt eorum, quę eiuſdem generis ſunt, implicatiua. Not. gloſſ. & docto. In l. 3. C. de ſer. fugit. gloſſ. in cap. Sedes. de Reſcript. Probatur in cap. Sacris. de ſepultu. In l. Quidam Relegatus. de reb. dub. vbi, Quidam relegatus, facto teſtamento, & poſt hæredis inſtitutionem, ac legata quibuſdã relicta, ita ſubiecit. Si quis ex hæredibus meis aut cæteris amicis veniam mihi impetrauerit, volo ei dari centum. At verò qui-

dam amicorum, non tamen eorum qui nominatim ſcripti eſſent teſtamento, impetrauit, an ea centum debeant illi, ſecundum teſtatoris mentem, præſtari? & debere Caius reſpondit: quanuis neque hæres, neque legatarius extiterit. Nam hæc dictio, alius, inquit gloſſ. ibidem in verb. amicis, implicat: vt dicatur, Alius, ſcilicet ex amicis, quanuis in teſtamento non nominatis.

Alter.

Aphoriſ. 7.

ALter, iſta dictio repetit eandem qualitatẽ. Text. cum gloſſ. in uerb. Alteri. in Clem. Si vna. de reb. eccleſ. non alie. Sicuti iam dictum eſt à nobis in verb. Alius, quòd hęc dictio eſt repetitiua & implicatiua pręcedentis qualitatis. Gloſſ. & docto. in Authen. Ex teſtamento. C. de collatio. tex. cum gloſſ. in l. j. §. Non ſemper. ff. de pollicita. Ludo. Roma. Conſil. 92. in fi. Sic præcedentia ſpecialia ſunt huius virtutis, quòd ſemper clauſulam & verba ſequentia reſtringant ad caſus ſimiles ſpecificatos. Ludo. Roma. Conſil. 271. Veluti in eo qui promiſit ſe ſoluturum Turonis cum clauſula, Et in quolibet alio loco: vt tamen nõ intelligatur promiſiſſe in loco remotiori ab expreſſo & noı̃ato ſed ſimilis eiuſdẽq; ſpatij & interſtitij. do. Anto. in cap. j. de judi.

Alter dictio repetitiua eiuſdem qualitatis.

¶Eſt igitur hęc dictio, Alter, ſignificatiua qualitatis & quantitatis. Barto. in l.j. Ne quid in flu. pub. Aliquando etiam duorum generum diſtributiua. Barto. in l.j.§. Quod in ſentẽtiis. Quand. appell. ſit.

Alternatiua.

Aphoriſ. 8.

IN alternatiuis optio iuris datur iudici: niſi aut ad partem, aut ad reum verba proferãtur, ac dirigantur: tunc enim aut partis, aut rei optio erit. l. Quicunque. C. de ſer. fugit. vt Ibidem not. Cy. Gloſſ. pragmat. ſanctio. titu. de Colla. in verb. quique bis aut ſemel. Panor. in cap. inter cæteras. de reſcript. in cap. à crapula. de vi. & ho. cler. in cap. per ueſtras. de don. inter vir. & vxo.

Antiquum tempus.

Aphoriſ. 9.

ANntiquum tempus annorum 90. dicitur longiſsimũ, & ſupra hominum memoriam. do Anto. eleganter in cap. veniẽs. le. prem. ex. de teſtib. & in cap. Quid per nouale. ex. de verb. oblig. Et Alex. Conſ. 196. Sed huic ſentẽtiæ Anto. aduerſãtur do. Ioã. de Immol. & Panor. ibidẽ: negântq; hoc dici tẽpus antiquum cuius non extet memoria; ſed quando dicimus

Cẽtum anno. tempus.

Vide infra. nume. 46.

ſamam plenè probare in antiquis, centum annorum tempus eſt accipiendum, iuxta doctrinam Innocen. in cap. veniens. de uerbo. ſig. Specul. titu. de probatio. §. j. Idem Ioann. De immol. in L. 2. §. Idem labeo. ff. de aq. plu. arcend. Bald. in L. Proprietatis. C. de prob. Dicam in verb. fama, & in verb. fines. Immo fama nunquam probat, niſi vbi in iure reperitur expreſſum, ſecundùm Panor. poſt Dom. Anto. in d. cap. Veniens: vbi voluit Innocen. quòd fama in antiquis plenè probat. Et not. Cy. & Bald. in L. Siquidem. C. ſo. ma. Communi igitur, doctorum calculo, longiſsimum tempus, idque ſupra hominum memoriam, cenſetur centum annorum eſſe: quod rectè ſic dicetur, antiquum, ſecundùm Angel. in locis ante citatis, contra Do. Anto. Etenim longiſsimum humanæ vitæ tempus, centum eſt annorum. l. fi. C. de ſacroſ. eccleſ. l. An vſusfructus. de vſufru. Atque ea quidem videtur eſſe analytica opinio Innoc. in d. cap. veniens. Specul. in d. titu. de probatio. §. j. verſ. valet. & in ver. Et nota. Et Immolæ in d. §. Idem labeo. & in d. cap. veniens. vbi dicit idem do Anto. allegaſſe in ſuam ſententiam Innoc. & Cyn in ſupra dictis & citatis locis: cum tamen ipſe Innoc. nihil ad eiuſdem Anto. opinionem faciat, nec idipſum loquatur Cyn. In ea autem ſententia ſunt Lappus, & Dominic. in cap. j. de præſcript. lib. 6. Bald. in Authen, Quas actiones. ad

Fama vbi probat. vide infra. Numero 76. in verb. Fama.

Vita hominis quæ longiſsima.

fi. C. de ſacroſ. eccleſ. & d. l. proprietatis, C. de proba. & l. Cum ſuper. C. de reſ vendi. in. l. In bonæ fidei. C. de Reb. cred. in l. non ignorat. C. Qui accuſ. non poſ. Immol. in cap. Cùm cauſſam. de proba. Alex. Conſ. 196. incipiente. Videretur. Roma. in d. §. idem labeo.

Quid in factis de lõgin quo tẽpore. ¶ Veruntamen in factis longiſsimi temporis, inſtrumento fides potior adhibetur. Bal. in l. Si alterius. C. Si minor ma. ſe dix. Sufficítque præſumpta probatio in factis, quæ ab antiquiſſ. temporibus obueniunt. Gloſſ. in. l. Qui liberis §. fi. ff. de bo. poſſ. ſec. tab. *Verba enuntiatiua.* Verba autem enuntiatiua incidenter prolata, plenè probant in antiquis. Do. Anto. in cap. fi. de ſucceſſ. ab inteſt. & in Clem. Si ſummus Pontifex. de ſen, ex.

¶ Adde quòd antiquum factum; dicitur id quod centum, vel 40. annorum tempus longè excedit, vt not. Anton. de butr. in cap. *Antiqua hæredit.* veniens, de teſtib. Quæ verò antiqua dicātur prædia, videto ampliſsimè per Dom. Chaſſa. in commenta. ad Conſuetu. Burgund. titu. Des droictz appartenant à gens mariez. Poſt Bald. in l. fi. C. de ſuis & legi. hæred. & in Authen. defuncto. C. ad Tertullia. Paul. Caſt. Conſ. 136. in antiquis Conſi. & Oldra. Conſil. 138. incipiente Viſis & diligenter. &c.

Appellatio.

Aphoriſ. 10.

Appellatione ex forma conſtitutionis prohibita, non proinde prohibita cenſebitur querela aduerſus ſentẽtiam. Text. eſt, quẽ maximè expendit Bald. in l. fi. §. illud. C. de tempo. appell. vbi à tarditate & negligẽtia iudicis quanuis non poſsit prouocari, querela tamen intendi poteſt. de quo tex. idẽ ipſe Bald. valde lætatur, atque illud maximè notat propter ſtatuta prohibentia appellari: cum appellatio, & querela diuerſa cenſeantur. cap. j. ex. de offi. lega. Gloſſ. elegans, & quàm ibidem notat ſingul. Panor. in cap. Querelam. de procura. extr. vbi dicit ꝙ querela eſt actus citra appellationem. Ad hoc facit quod not. Gloſſ. in l. ab eo. C. Quomo. & quãd. iud. Nã verbum Querelæ, tum de criminali tum verò de ciuili dicitur. Gloſſ. not. in cap. Maximianus. Et in, d. cap. Querelam de procura. cap. Querelam. Ne præla. vi. ſuas cap. Querelam. de ſymonia. cap. dilecti. ex. de iudi. cap. Irrefragabili, §. Cæterum. de offi. ordi. Quod quidem notandum eſt pro intellectu Gloſſ. in. d. l. Labeo. quæ eſt lex. 3. *Querela aduerſus ſentẽtiam.*

¶ Ab areſtis ſupremæ curiæ non licet prouo-

care:datur tamen reſtitutio aduerſus areſtum: vt quia latum fuit contra minorem mulierem, aut contra quanuis aliam miſerabilem perſonam, eámque indefenſam. Et hæc mandato diplomatico reſtaurantur:quádocunque videlicet in hanc rem ſolet reſcriptum principis impetrari in forma ſupplicis libelli ciuilis vt vulgò à pragmaticis dicitur Lettres Royaulx en formes de requeſte ciuile.

Paupertas excuſat à proſequenda appellatiõe ſeu releuanda.

¶Eum qui appellationem negligit,& eam nõ exercet nec proſequitur, excuſat paupertas: plenè probatur in l. Si procuratorem .§. Si ignorantes. ff. manda. vbi Barto. Cardin. poſt Bald. ibi, in cap. Significantibus. ext. de offi.delega. Tex.in Authen.de his qui ingred.ad appella .§. j. & 3. Bald. pulchrè in l. 2 .§. Si quis in iudicio. ff. Si quis cautio. Alleg. Guillel. de cun. in l. Eos. C. de appella. vbi gloriatur ſe à furcarum ſupplicio exemiſſe ac liberaſſe quendam qui appellarat, nec tamen appellationem fuerat proſequutus.idem cenſet Bald. in l. Acceptam. C. de vſur. Quia (inquit ipſe Bald.) paupertas legitima eſt impedimẽti cauſſa, perinde atque morbus. Innocen. in cap. Ex ratione ex. de appel. Ille etiam æque excuſandus venit, qui quantumlibet proteſtatus non ſit ob paupertatem. Bald. in cap. 3. ex. de reſcript. Ei itaque qui ob paupertatis onus appellationem negligere coactus fuit, non currunt fatalia cauſſæ ap-

Paupertas quando excuſat.

pellationis. hoc pulchrè ſcribit & proſequitur Ludo. in Repeti. l. Si verò .§. de viro. in fallen. propter paupertatem. ff. Solu. matri. Bald. in.l. fi.C. de condit. inſer. Do. Anto. & Abbas in cap. Olim. ex. de reſtitu. ſpolia. Hoſtien. & Abbas. in cap. Cum dilecti. ex. de do. & contu.

¶ Appellandũ eſt ab oĩ actu iudiciali, ĩ quo potiſsimũ pmiſſa eſt appellatio. Etenim in actibus iuridicialibus, contradicere tantùm, nõ eſt ſatis, ſed maximè appellatione erit opus. Innocen. in cap. Quod ad conſultationem. ex. de re iudica. hunc ſequuntur Angel. & Immo. in l, Ille à quo .§. Si de teſtamento. ad Trebellia. Angel. Areti. in .§. Præterea quaſdam. Inſtitu. de actio. Ea de cauſſa, Barto. in l.j. c. de relatio. cenſet contradicendum eſſe iudici, tum cum præſente parte & litigante aliquid molitur, & pronuntiat, quod in ipſius litigatoris damnũ ac iniuriam cedat. Alioqui enim conſenſiſſe diceretur. Quod nihilominus perpetuum non eſſe, idem Barto. contendit: veluti in ſententiis tum interlocutoriis tum etiam difinitiuis, in quibus ita demum appellationi eſt locus, vt non videatur cõſentire qui taceat: niſi fortè decẽ dierũ taciturnitate, aut quolibet alio actu & modo, cõſenſum ꝑdat ſuũ. Ad hãc rẽ citat. l. Labeo. C. Quomod. & quãd. iud. & l. ad ſolutionẽ. C. de re iudi. Et Bar. ibidem. Idem quoq; erit dicendum, ſi pars altera

Vbi appellatio requiritur, contradictio nihil operari ſolet

litigantium quicquam aut dicat aut moliatur ĩ aduerſarium, præſente quidem ipſo ac tacente aduerſario, nihil eo dicto factóue, iuuari debere. Ita ſentit Bald. per illum tex. cum gloſſ. 2. in l. 3. C. de repud. hæred. Tutius igitur eſſet illi ſi in iudicio, & iudicis authoritate, curaret ab actuario hęc deſcribi, Parte ſcilicet pręſente acceptantéque. Aut ab aduerſario hæc. Nobis minimè comprobantibus dictum factúmue, ac omnino reclamantibus & aduerſantib⁹.

Hoc à pragmaticis diligenter eſt animaduertendum.

¶Veruntamen ſi quicquam in litigantis perniciem iudex dicat faciátue, quódque ip ſi parti non videbitur è re ſua eſſe, pars ipſa quæ iudicio adeſt, debet contradicere nulla mora, ac confeſtim vbi iudex in eum dixerit, ſeu cómiſerit. Aliâs enim cenſeretur conſentire. d. l. j. vbi not. Barto. Atq; idem Barto. in authen. Si quis in aliquo ĩ fi. C. de eden. & in. l. fi. ff. Quād appel. ſit. Panor. in cap. Intimaſti ext. de appella. Et ſic tacens in iudicio videtur conſentire.

¶Sed è contrario interfatus dixerit aliquis, vt in authen. Si quis litigantium, in verb. contradicat. C. de epiſ. audien. vbi ſatis eſſe dicitur, ſi intrà decem dies fuerit contradictum, ſecundùm Paul. Caſtren. ſentẽtiam. Reſpõdet Bald. ibi, quòd ſufficit, contradictio & habetur appellationis loco, quandocunque ex alijs coniecturis apparet fuiſſe appellandi animo & conſilio contradictum: vt quia petiti ſunt apoſtoli,

Quando tacens in iudi. habeatur p consentien.

Nota bene.

aut

aut pars iuriſdictioni ſuperioris ſe mancipaue rit:atque in hunc ſenſum Bal. illum tex. interpretatur. Ego tamen opinor illum tex. nō procedere in ſententia diffinitiua, à qua ſolo verbo, etiam citra cauſſæ expreſsionem, appellatur. Secus autem ſi ab interlocutoria, vbi requiritur expreſsio cauſſæ. Clem. Appellāti de appella. Adde idem eſſe, ſi iudex dicat, Non admitto: aut ſi dicat, reiicio. Ita Baldus in l. j. in vlti. verbis. C. de nego. geſt. Videto illum Bal. in l. j. in princip. ff. Quod quiſque iur. dicentem ſatis eſſe ſi petieris reuocationem contrario imperio: quanuis ab interlocutoria nō poſsit appellari.

Appellatio à diffinitiua, item etiā ab interlocutoria qualiter ſit concipienda.

¶Singulariter hîc adde, quòd ab interlocutoria, quæ vim diffinitiuę habet, eſt appellādum, ea quidem forma, qua ſolet à diffinitiua appellari: talíſque appella. poteſt & iuſtificari, & impugnari ex nouis actis vt not. Math. 39. notab. Incipiente. Nota quòd ab interlocutoria. &c.

¶Quoniam autem (vt ſatis conſtat) in appellatione ab interlocutoria, ſigillatim (vt dicitur) & nominatim vel expreſse interſerendæ ſunt cauſſæ. Clem. Appellanti. de appel. Not. in l. 2. & 3. de appel. Per Bald. in l. Ait Prætor. §. Permittitur. de minorib. Angel. in l. Prætor ait. §. j. ff. de no. ope. nuntia. Quæro, an iſtud locum habeat ĩ omni interlocutoria? Bald. in l. vnica. C. ne lice. tert. prouoc. verſ. Quæro. concludit

Quæſtio de interlocuto. ſen. appellat.

cauſſarum expreſsionem requiri, neque poſſe ex nouis probationibus appellationem iuſtificari, tametſi viribus diffinitiuæ cenſeatur. Allegat. Ioan. Monachum in cap. diſpendia de reſcrip.lib.vi.Idem ſentit Bal.in addit.Specu. titu.de appel.§.Stari.verſi.In his quæ continẽt publicam vtilitatem. Diuerſum tamen ab ea ſententia ſcribunt Ioan.And.& Innoc.in cap. Peruenit. ext. de appel. Quibus ſubſcribunt Anton. de butri.& Immola. Ac etiam in eadem eſt opinione idem Anthon. ext.de ſen.& re iud.cum Ioan.And. in d.cap. Peruenit. & gloſſ. in cap.fi.de elect.lib.vi. in verb. inanes. vbi voluit do. Anto. quòd interlocutoria vim habens diffinitiuæ, certa dicatur, quando nulla alia ſententia poſteà ſperatur ab eodem iudice: licet controuerſię ſummam litémque principem nõ diffinierit ac terminauerit ſeu quod principaliter eſt actũ. Sic Ludo. Rom? Conſil. 358.incipiente.In præſenti dubitatione. Atq; hoc ſanè eſt optima ratione excogitatum. Nam interlocutoria vim diffinitiuæ habens, nullo modo poteſt à proferẽte reuocari: ſecundum eundem Ludo.ro. d. Conſ. vbi citat.do.Ioan. And. & Anto. in cap. Cùm ceſſante ext.de appella.per tex.in cap.Significãtibus ext.de offi. deleg. Quando item requiratur cauſſæ expreſſio in interlocutoria habente vim diffinitiuæ, his propemodum verbis noſtris & voce præcidit.Bal.in l.Minoribus.C.de his quib.vt indignis, in princip.vbi dicit grauius expẽdi de-

bere ſentētię ipſius effectū,quàm nomē.gloſſ. fi.in.d.cap fi.in d.verb. inanes. Specul.titu. de appel.§.in quibus.verſi.Sed nunquid hæc tria. in fi.Frideri.de Sen.in conſil.199.Incipiēte.Caſus eſt talis. Sententia lata fuit. &c. Anto. de butr.in cap.Tua nobis.de appel.ext.Lud. Ro. in l.j.& ī l.Stipulationū alię ī pri.de ver.oblig.
¶ Licet in omni cauſa,& ab omni ſentētia appellare,niſi è cōtrario reperiatur de iure cautū Gloſſ.elegans,quam maximè expendunt Bal. & Angel.in l. Qui reſtituere. ff. de rei vendi. Quam quidem recitat & comprobat Bal. in l. vni. C.Si de mo.poſſ. fuer.appella.gloſſ.in Clemen.j.in verb.delatum.de appella.lib. vi. quæ dicit in dubio debere admitti appellationem, quando an vera ſit,ambigitur. Gloſſ. & docto. in cap.Vt debemus ext.eo.ti.Ioan.And. & Innoc. in cap.j.de offi.ordi.Bal.in l.Properandū .§.Sinautem.C.de iudi Tex. in cap. Sacro. ſub fi.de ſen.excom.Melior tex.in l. Tam maioribus.C. de appella. Quapropter diligēter perlegatur Bald. in d.§.Sinautem reus.verſ.Cum aūt.vbi doctè ſcribit.Oīno eſt etiā euoluēdus Lu. Cōſ.591.ſiue 961. vbi citat cōplures auto.
¶ Tametſi inſtantia & terminus proſequendæ appellationis pereat, deſerta nihilominus appellatione non perit nullitas quæ poteſt principaliter intendi, & de ea proponi exceptio. Innoc. in cap. Dilecto. vbi do. Anthon. & in cap. Sæpè ext. de appel. do. Antho. & Panor. in cap. Licet cauſſam. ext. de

proba.Innocen.in Clem.j.ext.de re iudi.& ibi Cardi.Bald.in cap.j.Quo temp. miles eſſe. xi. col.Et clarius in l.j.C.Quand.prouo. non eſt nec. in l. Qui teſtamento de excuſ. tuto. in l. Tale pactum.§.Qui prouocauit de pac.Barto. in l,Si expreſſum.de appel. Tex.eſt ſolemnis in cap.Licet de ſenten.excom.lib. vi. Eleganter gloſſ. & Immola in Clem. Si appellationē de appella.

¶Si iudex appellationem ab interlocutoria reiicit,ab ea autem reiectione non ſit appellatum, certè non poteſt appellari à diffinitiua poſt ea lata:contracta veluti manifeſta contumacia. Quandoquidem talis reiectio cenſetur interlocutoria quæ in rem iudicatam tranſit. Neceſſarium itaque parti fuerit, vt contra dicat: contradicendo enim, appellatio videtur repetita. Erit tamen tutius interea appellare. Ita ſentit Cardi. expendendo dictum Innocen.ibidem in cap.Paſtoralis,§. Præterea. ext. de offi. deleg. Viſum nanque eſt Innocentio, ſi iudex interloquatur,appellationem non valere,ac nullius eſſe facultatis, ſententiam eapropter appellanti præiudicare, niſi interim appellauerit ab interlocutoria.Quod animaduertendum diligenter,ſeu notandum eſt.

Vide infra. nume.31.

¶Iudex à quo nō cognoſcit, appellatio à diffinitiua,admittenda ſit nécne: ſed iudex ſuperior,& ad quē prouocatur. Quapropter facta

interim,officio implorato reuocabũtur.Gloſ. & Barto.in l.j.ff. Nil no. appel. pend. Not. in cap.Nõ ſolùm de appel.lib.vi. Text.& ibi do. in cap.Dilectus le.2.ext.de reſcrip.Inno. in d. cap.Paſtoralis.§. Præterea.de offi.delega.in ea eſt ſententia, quod iudex à quo non ſolet cognoſcere an admittenda,ſeu recipienda ſit appellatio ab interlocutoria nécne. háncque opinionem aſſerit veriorem fore per tex. in d. cap.Dilectus.Verumtamen exploratum eſt & compertum,iudicem à quo poſſe procedere, donec canonicè ſit ei inhibitum per iudicem ad quem appellatum eſt ab interlo.d.cap. Non ſolum. Angel. in d.l.j. & in l. appellatione interpoſita.C.de appel. per. d. cap. Non ſolùm & cap.Romana.eo titu.

¶ Quid ſi mandabitur cauſſa iudicanda ſecundùm conſcientiam,perperàm autem & iniquè ſit iudicatum,an poſsit appellari? Et primùm videtur poſſe. Quemadmodũ ſi cauſſa aliqua Titij arbitrio iudicanda committatur, ſi malè arbitretur Titi',poteſt ab eo prouocari, cap.j. vbi not.de corpo.vitia. Gloſſ.in cap.Super his de accuſa.in cap.j.ſub fi.de confeſſ. Quia per ſimplex arbitrium,iuri alicuius derogatum nõ eſt.Gloſſ. in Clem. Sæpe de verbo. ſig. quam citat Bal.in l.Si quis maior.C.de tranſact. Atque etiam in hæc propè verba ſcribit gloſſ. in Clem.in verbo Queramus de iur.patro,

Vide infra in verb. Arbiter. nume. 38.

Dubium ſingulare ſolutum.

¶Veruntamen gloſſ.in cap.Statutum.§.Aſſeſſorem de reſcrip.lib.vi.diuerſum, vt videtur, ſentit:vbi ſcribitur appellari non poſse,quando libero arbitrio cauſſa committitur, & conſcientiæ.Quam quidem gloſſ. commendat ſupramodum Angel. ſubſequitúrque Immola. in l.Inter ſtipulantem .§. Si Stichun. de verb. oblig.Idq́; ea ratione,quòd cõſilij archani , ac voluntatis intimæ abſconditæq́ue ſenſum,nemo eſt,vno Deo ſummo & Aeterno excepto, qui ſolus omniũ latenteis hoĩm mentes & corda nouit, quémque nihil latet , qui poſsit manifeſtum facere & reuelare. Gloſſ. in .§. Aliæ. Inſtitu.de actio.in l. Quia plerunque de interrog.act.l.Fulcinius .§. Quid ſi latitare. Quib. ex cauſ. in poſſ. eat. Monet tamen Angel. caueant in contrarium conſcientiam reuoluant. Quam gloſſ. ſententiam ſequi videtur Bal. in l.Solum.ſub fi.C.de teſtis & in l.rem non nouam.C.de iudi.& in l. 2.C. de ſenten. ex breuicu.recit.in cap.j .§. Sacramentum in vlti.verbis de conſuetu.recti feud.vbi dicit iſtud procedere etiam ĩ his quæ ſunt magni præiudicij, vt appellari non poſsit,quando conſciẽtiæ arbitrio cauſſa eſt demandata. Quòd autem triplex in homine ſit Conſcientia , allegat Ioan. And.in not.in cap.2.de offi.ordi.

Hoc Notandum.

¶In hanc ſententiam , quòd appellari nõ poſſit,deſcendit Immo. in l.Si ſic de lega.j.Etiam do. Antho.in cap.j.ſub fi. de conſtitu. Do. de

Rota. deciſ. 393. incipiente. Item fuit dubitatum. in nouis deciſ. Bald. in diſputa. incipiente. Cauetur ſtatuto. Et ſecundum eos, idem uoluit gloſſ. in d. verſ. Oneramus. idem quoque Angel. in §. Sed iſte. inſtitu. de actio. in l. Ab executore. ſub fi. de appe. vbi multo liberius dicit, non requiri ſcilicet partis citationem. Bald. in l. fi. C. vide cogna. l. j. C. de reb. cred. in l. iuſtitia. de iuſti. & iur. Nec arbitratur dicere conſcientiam, ſed ſufficit audire & intelligere, licet non expreſsis verbis. Baldus in l. Nemo. C. de ſenten. & in rub. C. de execut. Hanc opi. Gloſſ. ſequitur Bald. in l. j. C. de Reb. cred. in his quæ ſunt modici praiudicii & momenti. & in. d. §. Sacramentum. Et Angel. Aret. in d. §. Sed iſte. & do. Antho. d. cap. j. Aut vt gloſſ. & quidem verius, in d. §. Aſſeſſorem. dicit habere locum in effectu ſuſpenſiuo: quia tunc non obſtante appellatione proceditur ſecundùm Imnol. & Geminia. in d. §. Aſſeſſorem. Panor. in d. cap. Paſtoralis 5. & 6. col. ext. de appel. do. Antho. in d. cap. j. do fran. Zabar. Cardi. in d. Clem. j.

¶Et ſic attẽtata & aduerſus prouocationẽ admiſſa reuocabuntur poſt appellationem per viam attentati ſecundùm. prædic. docto. Gloſſ. autem in d. verſ. Oneram⁹, id ꝓcedere cẽſet vt ſuperioris officiũ ſuppliciter adiri poſsit, quò *Attentata. Notandum.*

mala conſcientia corrigatur. ſecundùm Immol.& Geminia.d.§. Aſſeſſorem. Et hęc ſanè verior videtur ſententia:tam etſi primam limitationem,vbi parùm læditur, tacitè ſequi videatur Bal.in cap.j.6.col.de milit.vaſſal. qui cótu.allegando Innocen.in cap. fi.ext.de feriis. Idem hoſtien. in cap.Qualiter.de iudic. ext. Lappus & Geminia,in cap.2.de iura calum in 6.Ad hanc rem facit quod not.Bal.in cap.j. in quib.cauſ.feu.amitt.ubi eleganter loquitur.

¶Ex his itaq; collige duo.primum,hoc quod dicitur,appellari non poſſe, &c. non procedere in cauſsis ad magnum(vt dicitur)præiudicium pertinentibus. Secundò,quòd miſericordiæ gratiâ poterit officium iudicis ſuperioris implorari, tum cum in emendenda conſcientia eſt neceſſarium, ſecundùm Bal.in d. l.2.qui citat ibidem gloſſ. in d.Clem.j.de bapt-tiſ.Sed uerius eſt vt credamus illi in animo fuiſſe vt citaret in Clem.j.de iur.patro. Eſt enim inter vtrunque locum citatum maximum diſcrimen.Quãdoquidem vbi viâ querelę iudex adiri ſolet, iudex partis eſt adeundus: vbi verò appellationis viâ ad iudicem itur, tunc ſuperior litigantiũ iudex appellatur. Ita Immol. referendo Pet.de Anchar.in cap.Quinta vallis.ext.de iureiuran.Vide Lodoic.in cõſil. 261. ſub fi.vbi perbellè interpretatᷣ gloſſ.in d. verb. Queramus. Quamquidem gloſſ.ſequitur Pet. de Anchar.Sed Ioan. de Immol. poſt do.Ant.

dicit illam non aduerſari: quia querela partis, de rigore iuris, & per viam iuſticiæ, puta appellationis non poteſt pars audiri. Et ita procedit gloſſ. in d. §. Aſſeſſorem. At uerò pro emendenda erronea conſcientia poteſt ſuperoris officium miſericorditer implorari ſecundùm eos. Nec debebit iudex appellationi deferre. Ita Geminia. in d. §. Aſſeſſorem & Immol. in d Clem. j. Geminia. in cap. 2. de iura calum. lib. 6. vide Angel. in Conſ. 255. *Notandum.*

¶ Tu hîc adde ſingularem Arch. theoricam in cap. Statutum. in fi. de hęreti. in 6. qui ſic diffinit Conſcientiæ verbum, vt ſit cognitio cuiuſlibet cordis ſui ipſius, quam nemo ſcit, niſi ſolus Deus, de qua eſt redeundum pro antidito ad iuris lucernam in Clem. j. de iur. patro. & gloſſ. in cap. fi. de vot. Vnde in d. deciſ. Rot. concluditur, quòd ſiue ſit ordinarius delegatus executor, uel quilibet Chriſtianus, nunquam debet quicquam aut moliri, aut loqui, quod rectæ conſcientiæ ſit contrarium: aliâs enim ædificaret ad gehennam. vt in cap. Cũ æterni. de re iudi. in 6. quanuis non poſsit appellari ab his, etiam ſi contra faciant quæ ſuæ cônſcientiæ creduntur & committuntur vt not. Ioan. And. & Paul. elzea in clem. j. de iur. patro. vbi hortatur lectores vt conſulant quæ per eum ſunt annotata in d. cap. Statutum. §. Aſſeſſorem de reſcrip. lib. 6. *Conſcientiæ definitio. ſecun. Archi.*

¶Quandocunque aliquid iudicis arbitrio creditur ſeu committitur,nõ licet ab eo appellari.Innoc.in cap.fi.ext.de feriis. Atque hoc quidem,cum libero arbitrio committitur, ſecundum Barto.in l. Si qua pœna de verb.ſig.

Hæc à pragmaticis ſunt animaduertenda, vt ſciant quãdo appellare liceat, aut quãdo non.

¶Quod tamen limitabis in cauſsis momentaneis & ad modicum præiudicium pertinentibus. Bal. pulchrè in cap.j.de milite vaſſa. qui contu.eſt vbi ſcribit, quod licet alicuius arbitrio nonnihil credatur committatúrque,id ipſum tamen eſſe intelligendum in his quæ cõſilio reguntur, quæúe ſunt ſtatuto uel lege definita & determinata.

¶Adde quòd ſententia Innoc. procedit quãdo arbiter cognoſcit tanquam bonus vir, ſeu boni viri loco:aliâs autem ſi velut iudex & iudicis partes agens. Vel in extraiudicialibus, vt in pœnitentiis,diſpenſationibus,& reliquis id genus.Nã ſi iudex iuridicialiter & iudicis munere functus de cauſſa cognoſcit,tũc ab eo poterit appellari. Ita do.Antho.& Panor. per gloſſ.in cap.Super his.ext.de accuſa.

¶Alia quidem eſt ratio cur non poſsit appellari:ſcilicet quando iudex pronuntiat ſecundùm legis & ſtatuti prę́ſcriptum.veluti Quòd ſolemneis patrię ferias obſeruare illi liceat:aut contumacẽ in diẽ ſequẽtem expectare. Nemo eſt enĩ qui tum de iudicis ſentẽtia cõqueri aut poſsit aut debeat,vt quę permittẽte lege lata ſit.Ad hoc eſt tex. optimus in cap. Conſuluit

de offi. deleg. Sed cum iudici conceditur arbitrium indefinitè ac indeterminatè, hoc de arbitrio boni viri erit intelligendum. Barto. in l. Si ſic. in prin. de lega. j. Tunc autem poterit appellari, ſecũdum do. Antho. in d. cap. Super his. & cap. j. de cõſtitu. Ioan. And. & Lappus in cap. 2. de iura. calum. lib. vi. Vide Areti. in. §. In ſumma Inſtitu. de iniuriis. *Nota de arbitrio ſimpliciter.*

¶ Hîc vnum ſingulare adiicere poteris, Quòd licet à ſententia arbitri ſeu arbitratoris non poſsit appellari, vt not. Federi. de Sen. Conſil. 285. Iuncta Barto. theorica in l. j. C. de arbit. quanuis contrarium not. in l. fi. C. de appella. re poteſt tamen appellari à ſententia per iudicem lata ſuper petitione reductionis ad arbitrium boni viri. vt not. Antho. de Butr. in d. cap. Quinta vallis. ext. de iureiuran.

¶ Superioris prædij dominus non poteſt primum inter ſuos clientulos iudicium ſibi arrogare nec cognoſcit de primis cauſsis ruſticorum caſtri appellantium: quia dominus fundi clientelaris habet iura vtilia cum vtilitatis effectu: ideóque præfertur in ipſis appellationum cauſsis. Rom. in l. Stipulationum aliæ. in prin. de verb. oblig. Facit quod not. Panor. poſt Innocen. & docto. in cap. Paſtoralis. de offi. ordi. Item excõicatio aut abſolutio Archiepiſcopi in ſubditos Epiſcopi Suffraganei nullarum eſt virium. Et hanc Bald. ſententiam commendat Land. in tractatu de principibus, titu. de Dominis. Quæſt. 124. Incipiente. Dux Mediolani. *In quibus Dominus feudi ſuprà patronũ cenſeri debet. vide. infra nume. 114.*

¶Reductio ad arbitrium boni viri, nec vera nec germana quidem eſt prouocatio,ſed potius quędam reclamatio. l·.Non diſtinguem⁹. .§.Cum quidam. de arbit. ff.Ita Bald· in addit. Specul. titu. de arbitris. Dicitur etiam quædã Atteſtatio non appellatio, ſecundùm floria. in l.Societatem .§.arbitrorum.pro ſoci. Tex.in l.penult.§. Sinautem.in verb. atteſtatio C de arbit. ſpecul· titu.de Arbitris.§.j. verſ. Quid ſi à tempore quo cœpi agere.vbi dicit quòd ſi à die petitionis reductionis, lapſus ſit annus, non perinde accedit deſertio,ut in cauſſa appellationis.cap. Cum ſit Romana.de appella. Quia propriè non dicitur appellatio,ſed atteſtatio, ſeu reclamatio· Idem ſentit Immola in cap.Quinta vallis.verſ. Quid autem. ext. de iureiur.

vide infra. verbo. Arbiter.nume. 43.

¶Remota per reſcriptũ appellatione,id intelligitur de friuola ſeu fruſtratoria. Barto. in l.j. in fi. Quib.appel.non lic. & in l.j .§. Parui. ff. Quod vi.aut clam.Panor.in cap. Paſtoralis. ext. de appella. per tex. in cap. Paſtoralis .§. Præterea de offi.deleg.& per tex.in d.cap.Paſtoralis.de appella·ext·licet ſubiiciat ſecus eſſe ſi remoueatur appellatio à diffinitiua. ut ibi pulchrè per eundem.

vide ad hoc infra nume. 29.

¶Quod ſi in ipſo reſcripto de cõſenſu partiũ dicatur, Appellatione Remota,non licebit appellare.Bald.in l.2.ſub fi. C. de appella. Quia pacto & conſenſu partiũ poteſt pręiudicari & tolli appellatio.l.fi.§. & ibidẽ Bal.C.de tẽpo.

appell. gloſt. in l. Tale pactum.§. Qui prouocauit.verb. ſequitur.de pac.gloſſ.in cap. Cum dilectus. de arbit. Angel. plenè in Conſ.197. incipiente Arbitri contraxerunt. Archid. in cap In ſumma 2. cauſ.quæſt. 6.

¶Sed vbi in reſcripto remouetur appellatio, non eſt tamen quòd auſpicatæ prouocationis à iudicio vulgò iniquo aqua obiter hæreat in obicibus, ſeu quòd impediatur appellationis curſus à notorio grauamine interpoſitæ. Gloſ. in cap. Ex conqueſtione. ext. de reſtitu. ſpolia. Panor. in cap. inter cæteras de re iudic.

¶Deſerta appellatione, & (ut rectius loquamur) prouocatione non exercita nullitate in ea expreſſâ, tunc fatalium lapſus, iuris non facit iacturam neque præiudicat quod ad nullitatem attinet. Secus autem erit, ſi in libello appellationis iam nõ expreſſa fuerit nullitas: ſed tacitè compræhendatur tantum argu. l.3. C. Si pend. appel. mors inter. per Bal. in l.j.C. Quãdo pro. non eſt nec. in l. Qui teſtamẽto. de excu. tut. in l. Tale pactum.§. Qui prouocat. de pact. in 3. quęſt. & l.j.C. de ſent. ex breuic. recit. Saly. in l.fi.§.fi.C. de tempo. appel. per Barto. & alios in l. Expreſſũ. in antepen. col. ff de appel. Innoc. in cap. Sæpe eo titu.

Appellatiõe deſerta quãdo fatalium lapſus præiudicet.

Quemadmodũ qui poſt appellationem petit ſibi differri & protrahi tempus, diémq; diffũdĩ exoluẽdi debiti, cẽſet auſpicatã iã ꝓuocationẽ

renuntiaſſe, Nunquid eodem modo procedat pendente tempore ad appellandum conceſſo, vt locũ habeat l. ad ſolutionem. de re iudica? Innocen. in cap. Quod ad conſultationem. de re iudica in gloſſ. recipiens. limitat. d. l. ad ſolutionem. de re iud. in appellatione iam exercita: non autẽ in futura appellatione, & quę demũ fore ſperatur. hoc recitat & ſequitur do. Antho. in cap. Gratum. de offi. deleg. dicens id eſſe mirabile. Subſcribit ludo. Roma. in rub. de arbit. Mihi tamen uidetur verior ſententia contraria per tex. in d. l. Ad ſolutionem. Quod apertè confirmat gloſſ. Ibidem, dum dicit, Interpoſitæ & interponẽdæ. Quam quidẽ gloſſ. recitat & ſequitur Ioann. And. in nouel. limitans illam procedere in vltimo potente dilationem: ſecus in parente iuſſui iudicis, quem cõſtat eſſe iudicem: & hoc admonet diligenter eſſe animaduertendum. Quam quidem opinionem maximè comprobat Bald. in d. l. Ad ſolutionem. Ad hoc facit l. Cum fidem. de non muner. pec. vbi Bal. ſub fi. adiicit quòd ſolo facto perdatur appellandi beneficium. In hac propemodum eſt ſententia Ludo. Roma. Cõſ. 9. ſub fi. Sed ſuperiorem Innoc. magis comprobat: & ſequitur Immol. in l. 4. §. Condemnatum. de re iudi. Idem ſentire videntur hoſtien. & Ioan. And. in nouel. in cap. Significarunt. in gloſſ. in verb. dies. ext. de teſtib. ac adiiciũt quòd acceptans dilationem ſolutionis cenſetur renuntiaſſe appellationi etiã futuræ,

Limitatio. l. Ad ſolutionẽ. de re iudi.

Inde admonẽt bonæ cautellæ, ſcilicet quòd is proteſtetur ſe dilationem recipere ſaluo iure appellandi: ut ibidem pulchrè per Ioan. And. Et ſic contradicere videtur primo dicto quod ſupra retuli: quod idem ipſe Ioann. poſuit. in cap. fi. de appell. lib. 6. in nouel. Ego verò ſequor gloſſ. in d. l. ad ſolutionem, quicquid tamen aliter ſenſerit Innocen. in d. cap. Significauerunt, & in d. cap. Quod ad conſultationẽ. & in cap. Sollicitudinem. de appella. quẽ ſequitur do. Antho. in d. cap. Gratũ. & in cap. fi. de cauſ. poſſeſſ. & propr. in cap. Olim, 3. de reſtitu. ſpol. in d. cap. Quod ad conſultationem. Immol. in d. cap. Si quis condẽna. in d. cap. Significauerunt. Panor. in d. cap. Sollicitudinẽ. ſub fi. de appel. Cuius verba expendes & ponderabis (vt dicitur) & quod not. Panor. in cap. Cum acceſſiſſent. de cõſtitu. Et diligenter aduerte ad hoc quod hoſtien. & Ioan. And. in d. cap. Significauerunt. intelligendum ſcribunt, quando poſt interlocutoriã petita eſt dilatio: nos autem quando poſt diffinitiuam: qua tex. eſt apertus in d. l. Ad ſolutionem. vbi gloſſ. & Doct. communiter. Et ſequitur Ioan. And. in d. cap. fi. in nouel. Et do. de Rota deciſ. 287. ſub rub. de renuntiatione. Et idem dicit Alex. ac reliqui moder. in d. §. Si quis condemnatus. aſſerentes id vulgò ab omnibus obſeruari.

Bona cautella & notanda.

Hoc eſt nu-me.25. ¶Quod ſuperius à nobis dictum eſt, quòd ſi in reſcript.dicatur. Non obſtante appellatione, id de friuola eſſe intelligendum, idem dicimus in ſtatuto excludẽte interpretationem: quia intelligit̃ de friuola. Bart. in l. Omnes populi ad fi.de iuſti.& iur. Expende diligẽter dictum do. Antho.in cap. Quæ in eccleſiarũ de conſtitu.recitãtis Cy.in l.reſcripta de precib. impe.offe. Quia aut dicta clauſula, Appellatione remota, apponit̃ in diſpoſitiõe hominis, vt in reſcripto: & tunc intelligitur tantum friuolam remoueri: quòd nó præſumatur princeps iniuſta cauſa motus. Aut verò appointur in lege mortua, vt in Statuto. Et tunc tollitur oĩs appellatio. Ita refert Rom.in l. Si verò §. de uiro.ſolu.mat. Nec obſtat tex.in cap. Quoniã 18. diſt. cum gloſſ. Quia exceptio fauorabilis ex alia lege reſeruatur. Cogitabis interea.

¶Appellari poteſt à relatione mendaci, id eſt à literis quæ pro conſilio principi mittuntur; ſi quis ſenſerit ſe grauatum, vt quia in eis literis iudex mendacia interſeruerit: aut verum obticuerit & ſuppreſſerit: potéſtque nulla dici ſententia. Barto.in l.j.§.Quæſitum de appel. Melius Bald.in l.fi.ſub fi.C.de relatio.

¶Iudex autem in dubio debet deferre appellationi. Gloſſ. in cap. Vt debitus.in verb. rationabili cauſa.de appella. in cap. Sacro. in verb. Dubitari de ſen.ex com. in cap.j.in verb. delatum

tum.vbi Archid.& ī cap.Si à iudice. de appel. in vi.Cardi.poſt alios.in Clem.j.de dolo & cō tum.Geminia.in cap.Cum appellationibus fri uolis.de appella.in vi.Pulchrè Bal.in l. de æta te.de teſta.in l. Properãdum.§. Sinautem reus. C.de iudic.Barto.in l.j.verſ.Quæro quid ſi ap pellatur.ff.Nil noua.pend. appel. Specu. titū. de appel.§.Nūc dicamus quid ſit verſ.j.& verſ. Circa hoc: Alex.poſt Paul.Caſt. in l.j. Si quis cautio.

Aphoriſ. 29.

¶Admiſſa quãtunuis, reiectáue appellatione, ſuperſedere tamen debet iudex in executione ſentētię l. Si quis à filio.§.Hi autem. de iniuſt. rupt. ve teſta. Quam ad hoc not. Iac. de aren. Bar. Abbas. & Bald. addens ipſe Bald. ibidem quòd etiam ſi appellationem iudex admiſerit, eam nihilominus exequenti pœna mortis infligi debet: idq́; ea potiſsimum de cauſſa, quòd an appellatio admittenda ſit nécne, iudicis eſt ſuperioris cognoſcere. Bart. per tex.in l.Chirographis.ſub fi.de adminiſtra. tuto. Quinimo in poſſeſſorio poteſt appellari ratione perperam ordinatæ litis.Quod notandum eſt ſecūdùm Bald.in cap.Ex quæſtione per tex. ibi. de reſti. ſpol.

vide ſuprà nu. 15.

Notandum à pragm.t. diligenter.

Aphoriſ. 30.

¶In cauſſa capitali, neque procurator ad appellandum, neque datus fideiuſſor admitti debet, principaliter vel ſecundariò, ſcilicet quando ob non exolutam mulctam pecuniariam pœna

corporalis in fligi ſolet. per ea quæ not. Barto. in l. j. de cuſto. & exhib. reo. Ne pœna (inquit) corporalis deludi poſsit. Idem Barto. in l. Nemo dubitat. de reg. Iur. in. l. Item ſi liberatus. §. Qui parat⁹. Quib. mo. pig. vel hypoth. ſol. Faciũt notata per Bal. & docto. in l. j. Qui ſatiſda. cog. in l. fi. ſub. fi. C. ad leg. falci. Bal. in l. j. C. de iniuſt. rupt. teſta. in l. Suus quoque de hæred. Inſtit. hîc etiam aptatur. l. Si plures. §. Præterea cum gloſſ. de fideuiſſo. Quod ſi mihi obiiciat̃ Vlpianus iurecõſ. in l. j. An per eum cauſ. appel. Iuncta. l. Non tãtum. ff. de appella. vbi per procuratoris miniſteriũ licet appellare: etiam abſque rei mandato eóque inconſulto ac reclamante & perire volente: audietur autem hæc prouocatio.

¶ Neque verò diſtinguendum eſt pecuniaria tantùm, aut capitalis omnino cauſſa ſit nécne. Sed hæc intelligenda quidem ſunt, ſi reus carceribus occluſus defendatur. Tũc enim admittitur procuratoris appellatio: & à quolibet poteſt defendi l. j. in fi. ff. de quæſt. l. Si non defendatur de pœnis. Aliâs autẽ extrà vincula cauſam dicere lex non permittit. Ita Barto. In d. l. Non tantùm. 2. oppoſ. Ad hanc rem facit quod pulchrè cenſet Do. Anto. In cap. Veniens. de accuſa. Quòd quãdo ex forma ſtatuti vel conſuetudinis aliquis cõtumax habetur pro confeſſo & conuicto, procurator ad defenſionem admitti non debet. Ipſe Anto. citat Barto. In

Extrauag. Ad reprimēdam. in verb. Legitimè· Tametſi nonnulli, maximè autem Imola, diuerſum ſentiant. Sed communis eſt ſentētia, quòd qui rei peracti, probandę innocentiæ onus nō receperunt, ac veluti contumaces prò confeſſis habiti, tum demum appellarēt, in eáque appellatione purgandi criminis onus ſe ſuſcipere minime profiteantur, appellationis ſuæ iure cadent. hoc eleganter Bald. in l. Ita demum. C. de procurato.

Aphoriſ. 31.

¶ Deſerta equidem appellatione, quantum ad principale ſpectat negotium, iudex appellationis tum demum iudex eſſe deſinit, cum ſuper ipſo principali pronuntiandum eſt, aut de retractanda ſententia agitur, ſecundùm Do. Antho. in cap. Cū dilecta. de reſcript. & Ioan. de Immol. in cap. Si appellationem. de appella. Amplius ſecund. Cardi. ibidem in vlt. quęſt. Sed nec ſuper nullitate ſentētiæ, appellatione deſerta, iudex ipſe iam pronuntiare poterit: nā hæc iudicis ordinarij cognitioni tribuuntur. Præterea fatendum fuerit, quòd ordinarius, cui per confeſsionē partis cōſtat aut nullam, aut iniquā eſſe ſententiam, poteſt eam retractare ſecundū Bald. in l. Properandū in fi. prin. C. de iudi. hoc aūt locū habere ſcribit ante finitā inſtantiā. Nihilominus tamen, ſi deſerta appellatiōe cōfeſsio ꝑtis obuenerit, idē arbitror eſſe Quę fuit Innoc. opinio ī cap. Pleriq; de immuni, eccleſ. & do. Anto. ī cap. fraternitatis. de fri

Appellationis iudex quādo deſinat eſſe.

gid. & maleſi. Et hac ratione, quòd ſuperior iudex poteſt iudicium inferioris reuccare ſi ad confeſsionis vim attendat.

Aphoriſ. 32.

¶ Hæc ſanè eo modo procedunt, vt ſi non exercita deſertáque cauſſa appellationis, non liceat ipſius appellationis iudici, etiã vtriúſque litigãtis conſenſu, cõtrouerſię ſummã vel negotiũm principale dirimere. Clem. Si appellationem. & ibidem Do. Anto. & Immol. de appel. vbi deciſũ eſt ab ipſo Immol. Quòd ſi dubitaretur deſerta ſit appellatio nécne, appellãs autem non exercitam ſeu deſertam negat, obiiciátque tantis ſe diſtrictum negotiis, vt prouocationis ſuę ius regio diplomate excipere ac ipſam quidem prouocationem denuntiare exerceréque non fuerit illi integrum, ſicque deſertam dici nõ poſſe appellationem, iudex appellationis, non poteſt amplius prouocationis iudicium anquirere, nec deliberare: ſed neque ſtatuere, recténe atq; ordine fuerit iudicatũ, an verò temerè prouocatum adiecta ſtatæ mulctę clauſula, niſi terminata àtque explicata demum eremodicij vel deſertionis quęſtione. Quod ſecus ſi faciat, irrita fient omnia, quæ ab ipſo agentur. vt ibidem eleganter per eum. Hic adiicias, Quòd ſi deſerta ſit appellatio, aut nulla omnino fuerit ab initio ſententia, non debere pro appellatore pronuntiari: imò verò priorem ſui partium iudicis ſeu ordinarii ſententiam executioni mandari: tametſi per ip-

Deſerta appellatione, iudex à quo nõ poteſt vltra procedere, neque iudicare an bene vel malè fuerit appellatum. com' mulcta.

ſius appellationis iudicem reuocata fuerit:hoc enim in ſuæ ipſius iuriſditionis facultate non erat poſitum. Clemen. Sicut.de appellat. Niſi primùm iudex appellationis iuſtum ac legitimum, & iuriſdictionis compotem ſeu competentem iudicẽ ſe pronuntiauerit, lapſo fataliũ (vt dicunt)tempore. Tunc enim iuriſdictionẽ obit, & iudicem ſe facit: valétque ſententia, reuocatoria prioris.

Aphoriſ. 33.

¶Quandocunque ipſo iure cauſſa iuſtiſsimæ interceſsit quæ impedimento eſſet quominus appellator prouocationis ſuę iura exercere, ſeu appellationem ſuam denuntiare, & (vt vulgus pragmaticorum loquitur)releuare non potuerit,prouocatus verò arceſſere prouocatoré prouocationis pro derelicto habitæ conatur; fatalia (ſic enim dicunt tempus appellationi proſequendæ præſcriptum ac præſtitutum) conceduntur prouocatori,ſecundùm Innocẽ. & Docto.in cap.Ex ratione.de appella. Legitima autem iſtius modi impedimenti ratio hæc eſſe cenſetur:quando ſcilicet ſuperioris copia prouocatori ſeu appellanti fieri non potuit, vt quia per inſanos bellorũ tumultus Romanam Curiam adire nõ licuerit,aut quòd plenæ paſſim graſſatorũ excurſorũque viæ eſſent, ita vt tutò ac ſine magno & grauiſsimo aut præſente periculo vitę,itineri ſe ſe credere nemo vel ſanæ mentis debuerit,tunc nullum tempus currit appellatori. Authẽ.ſed lis.& Authẽ.ſeq.&l.

Fatalia appellationis quæ dicãtur

Legitimum impedimentũ probatum.

Non tantùm à priuatis litigantibus, ſed & ab ipſo iudice recedi à forma per legem præſcripta traditáque nephas eſt.Bal. eleganter in Authen.iubem'.C.de iudi.quo loco citat Iacob.de Aret.Etenim ĩ dubio forma tradita, ſubſtantialis cẽſetur ac de eſſentia actus. Bal.eleganter in l. comparationes. C. de fide inſtru.Nam quod fit aut agitur minimè obſeruata legis forma, nullum erit etiam ſi lex vel ſtatutum non procedat. Ita Bald. poſt Oldra. & gloſſ.ibi in l. Si quis mihi bona .§. Si coram. de acqui.hęred.Ad vnguem igitur καὶ ἀκριβῶς eſt obſeruanda forma, diligentérque animaduertendùm ne quid deſit, aut de ea decedat.Bald. cap.j. de milit. vaſſa qui contu. eſt. in Authen. Qui ſemel.C.Quomo.& quan.iud.in l.ceſſante eo titu.in l.Ordo.C. de execu. rei iudi. & in

Non licere à forma cuiquam recedere.

l.j.in fi.C.de arbit.Bald.& Ange.in l.j. & 2. de libe. & poſt.Innocen.in cap.fi.de ſacra.non rite.cap.cum in veteri.& ibidem Bald.ext.de elect.l.cum hi .§. Si prætor & ibidem Ange.& docto.ff.de tranſact. Debet igitur in forma ſpecifica obſeruari ſecundùm Immolam in d. l. j. Quo fit vt Sententia per iudicem lata non ſeruata forma ſtatuti dicitur lata à iudice reddendi iuris partibus impotente ſeu incompetenti: Ange.conſ.292. incip. Per dominum. Bald. in repeti.l.2.de iureiuran.ff.

¶ Sed & nihil intereſt agatur contra reſcripti formam an prętcr.gloſſ.not.in cap.Si cui.de elect.lib.6.Quódque formam mandati prætergredi non liceat.eſt Tex.& ibi Gloſſ.in l.2.§.in bello : de re militari.ff.etiam ſi id rectè actũ ſit Quemadmodum & nihil cenſebitur operari notorium non obſeruata in eo formâ, Bald. in cap conſtitutus ext.de appel.His addo iudicis arbitriũ nullius eſſe virtutis ac efficaciæ quando præſcribitur à ſtatuto forma.Bal.in d.cap j. de milite vaſſa.qui contu.eſt: nec enim poteſt facto ſuo,vel alterius formâ variari. Bald. in l. Eos.§. Apoſtolos.C.de appel.Vnde qui ſtatuti alicuius authoritate ac virtute agit aliquid, videtur ipſi⁹ ſtatuti formâ teneri,illíque ſeſe adſtrinxiſſe,l.Si duo. vbi Bald. hoc maximè expendit.de acqui.hæred. Formâ nanque à ſua ſubſtantia ſeparatâ, quicquid poſtmodum agitur,irritum fiet ac caſſum. Barto. Baldus & reliqui docto,in l. Non dubium.C. de legib.

Quæ non ſeruata formâ minimè procedant.

Vide infrà num.115. & 118.

Ange.in l.Per fundum de ſeruit.ruſtico.præd. cap.Ad diſſoluendum ad fi.ext.de ſponſa. impub. Gloſſ.& Immola.in clem.j.de iur. patro. Quippe omiſsio modi & formæ etiam in re pia & fauore digna diſpoſitionem vitiat. Bald. poſt Oldra.in l.Puellam.c.Si mancip. ita fue. alie.in l.Teſtamentum.c.de teſtamen.in l. Nó omnis.ſi cert.pet. Barto.& Bal.in d.l. Non dubium Barto in l.cum tex.ff.de fideiuſſor. Nam quandocunque à forma receditur, à ſubſtantia ipſa recedi dicimus. Sed ſubſtantia rem ad eſſe perfectum reducit. Bald. in repe.l.2.c.de reſcin.vend.

Omiſſio formæ etiam in re pia & fauorabili vitioſa.

Subſtãtia reducit rẽ ad eſſe perfectũ.

¶ Aduerſum prædicta omnia mouet me tex.in cap.Piſanis ext.de reſtitu.ſpolia.ex quo docto. omnes colligunt,quòd ſi quid contra formam præſcriptam ab homine actum ſit, nec ius nec ratum eſſe,atque ipſo iure nullum. Quapropter vbi forma præſcripta erit à lege vel ſtatuto,ſi annullando(vt dicunt)non procedit, act⁹ ipſo iure nullus ideò non cenſebitur. Omnis enim ab homine præſcripta forma, dicĩt ſubſtantialis:quod videtur ſentire Bald.in d.l.j.de libe. & poſthu.& ibidem plenè ac diffuſe Alexan. Ludo.Roma.conſ.59.Bal.in l.Ex illo.c. de appel. & in d. cap. cum in veteri. de elect. Paulus caſtr.conſ.93.ad princip. Barto.in d.l. Nó dubiú.Ad hoc facit quod ſcribit Hoſtien. in cap.cum olim.ext. de arbitris. quo loco dicit,quòd alicui iudicanda cauſſa demandatur,

Argu. cõtra ſuperius dicta.

Notandum valde.

formâ

formâ iudicio præſcriptâ, ſcilicet vt nihil non aduocato Titio ac inconſulto iudicetur, ſi tamen contra fiat, & omiſſo Titii conſilio ſit iudicatum, atque hæc forma, omiſſa quidem, à lege & iure præſcripta ſit, irrita caſſáque non erit nihilominus ſententia: ſecus verò ſi ab homine. Ad hoc facit quod ſentit hoſtien. in cap. fi. de præb. quem ſequuntur reliqui docto. Sed quæ dicatur forma ſubſtantialis, qúæ ve accidentalis videto Barto. in Tracta. Tyberiad. ad fi. in verb. Omiſſa propria forma. Non erit omittendum quòd formæ ampliatio nihil vitiat formam ipſam, neq; nocet, ſed mutatio formæ. Gloſſ. in l. Non ſunt liberi. de ſtatu hom. Vide Bal. pulchrè in l. Vniuerſa. C de precib. impe. offe. vbi dicitur quòd forma ĩ actu vel ante actum requiſita ad eſſe rei vel in eſſe producendo (ſic autem loquitur Bald.) cenſetur ſubſtantialis: ſi verò poſt actum ad effectum ſeu vtilitatem conſequendam, accidentalis. Ibidem de hac re permulta ſcitè ſubtilitérque agitantur. Adde tu quoque, quòd qui tempora à lege ſtatutóve tradita non ſeruat, formam eius ſeruare non dicetur. Bald. in Authen. Quæ ſupplicatio. C. de precib. impe. offe. Vnde fit vt ſi quicquam eorum quæ ad rei ipſius ſubſtantiam, modum, ordinationem, aut ſolemnitatem ſpectāt, prætermittatur, ea ipſa omiſsio formam totam vitioſam reddat efficiátque. Bald. titu. de pace conſtan. ad fi. l. Qui Romæ. §. Flauius hermes. de verbo. oblig. l. Qui per ſalutem, & ibidem

Quæ dicatur forma ſubſtantialis & quæ accidentalis.

Ampliare formam non nocet, ſed eã mutare.

Bald.ff.de iureiuran. Vide ad prædicta omninò Paul.Caſt.Cõſ.322.aliâs 329. incip. Videtur dicendum. Adde prçterea quòd forma ſubſtantialis & naturalis rem ipſam perficit, ac efficit vt ſubſiſtat. Secus verò agitur in accidẽtali ab hominis enata arbitrio. do. Anto. in cap. Super literis ext. de reſcrip. Sed Ioan. And. in Clem. j. de ſequeſt. poſſ. in verb. Nullatenus, cenſet ipſo iure actum nullũ minimè ſeruata forma præſcripta ab homine: aliter autem ſi à iure ſtatutóve tradita foret. Quod notatu eſt dignisſimũ. Sic igitur à legis aut ſtatuti præſcripto ne latum quidem vnguem eſſe diſcedendum aſſeremus: ac rei ordinem, formam dici ipſius rei, à qua quidem nephas fuerit deflectere, etiam ſi de re quantumcunque pia & fauorabili agatur. Bald. in l. Omnes populi de iuſti. & iur. Et ad hæc ante dicta omnia vide Bal. in d. l. Non ſunt liberi. de ſtatu. hom. Authen. Offeratur. C. de litis conteſta. in l. 2. circa fi. de iure emphite. in l. Si tutor. C. Quib. cauſ. reſtitu. in integ. nõ eſt neceſſ: in Authen. Qui ſemel. C. Quomodo & quan. iud. in l. Non dubium. C. de legib. in l. Ordo. C. de exec. rei iud. in l. j. C. ne liceat ter. prouoc. Ange. in l. Cum hi. § Si prætor de tranſact. ff. gloſſ. fi. in cap. 2. de offi. dele. gloſſ. ĩ cap. j. in verb. attẽtent. de offi. ordi. lib. vi. gloſſ. not. in Clemen. j. de iur. patro. & ibi pulchrè Anchara. Immò verò qui contemptu legum negotium tractat, ille expreſſo iuris errore cenſetur ágere. Bald. in § Si quis autem. in pace conſtan.

Forma ſubſtantialis & naturalis dat eſſe rei.

A tenore legis vel ſtatuti non eſſe recedendum.

Qui in contemptum legũ procedit.

Qua de cauſſa neceſſarium fuerit formam omnibus ſuis numeris ac partibus abſolutam eſſe: indiuidua eſt etenim. Bald. in l. 2. C. de hæredita. acti. Nec poteſt quis formam antiquitus conſtitutam mutare. Tex. in l. Quidam decedens de adminiſtra. & per. tut. ff. Gloſſ. in cap. Cum dilectus ſuper verb. Conſtitutum de conſuetu. ext. Quare non oritur naturalis obligatio non ſeruata forma. Ergo ſubſtantialis forma eſt, qua omiſſa vitiatur actus & nullius momenti redditur: quandoquidem illa dat eſſe rei, quando natura immutabilis eſt. Si verò mutabilis fuerit, atque eiuſmodi quæ alterari poſsit, idem erit quod qualitas. Tripliciter autem forma ſolet conſiderari. vt per Bald. in l. Cum quis. C. de iur. & fa. igno. in d. l. Vniuerſa. C. de precib. impe. offe. in l. Prolatam. C. de ſenten. Nanſciſci rei alicuius agendæ auctoritatem, eſt quędam qualitas: quę ſi vitioſa ſit, nullus eapropter contractus nequaquam efficietur. Nam longè potiores ſunt ſubſtantiæ, quàm qualitates. Bald. in l. Sub prætextu. C. de hęredita. actio. At verò vbi certa forma in ſubſtantia facit licitum actum, qua quidem deficiente improbaretur, nullis verborum formulis poteſt ab ipſa recedi forma: immò verò cenſetur magis iuris quædam cauillatio καὶ σόφισμα niſi probationibus legitimis aliud appareat. Ita Bald. in procem. feudo. in 3. diuiſio. Sed diſpoſi-

Forma requirit perfectionem ex omnibus ſuis partibus.

Forma eſt indiuidua.

Formam tribus modis dici.

Auctorizari eſt quedã qualitas.

Hoc maximè eſt notandum.

tio quę alicuì iudici iuriſdictione aliâs carenti, præſcribens formam tribuitur, dicitur forma ſubſtantialis: qua quidē neglecta prętermiſſáque, irritum fiet quodcunque agitur, & ipſum actum vitiat: ſecus autem ſi iuriſdictionem habenti tribuatur. Gloſſ. Ioann. And. in Clemen. j. in verb. inhibentes. de iure patro. Anchara. in cap. Ea quæ. de reg. iur. in vi.

Fructus.

Ad fructuū reſtitutionē quando quis teneatur.

QVandocunque ob culpam, admiſſúmue delictum deturbatur quis de poſſeſsione ac priuatur ipſo iure, quanuis ante neceſſaria fuerit admiſsi delicti declaratoria ſententia, tenebitur tamen ad iam perceptos ſtatī à delicto, fructus reſtituendos. Secus erit ſi nō ipſo iure, ſed ſententiâ detrudendus veniat. Tunc enim reſtituendis fructibus non adigetur niſi poſt ſententiam. Gloſſ. aurea in Authen. de inceſt. nupt. in prin. in uerb. Immineere. Cy. Bald. & docto. in Authen. inceſtas. C. de inceſt. nupt. Nam contrafacientē aut delinquentem error iuris minimè excuſat à fructibus. Bal. in l. j. C. de his quib. vt indig. Immo. dicunt Guilel. de Cun. & Paul. de Caſt. in d. l. j. quòd ſi fundi inferioris poſſeſſor ſeu Vaſſalus fūdo beneficiario ob perfidiā à patrono veniat deiiciendus, ac poſtmodum

τῶ ἐργῶ & re ipſa deiiciatur ſententiâ, eum ipſum ad fructus reſtituendos eſſe condemnandum ab eo die quo perfidia perpetrata fuit. Licet enim tituloſà fundi clientelaris appellatione cenſeri tunc videatur, cenſebitur nihilominus malæ fidei poſſeſſor, cum iam ipſe certò ſciret fundo ſe iure patrocinii priuandum propter admiſſam perfidiam: & commiſsi pœna plectendum. Quæ ſententia eſt Pauli Caſt. in d.l. j. mihi ſanè non ſatis iuſta, ſecũdùm ea quæ antè dicta ſunt: quibus adiicio Angeli opinionem in .§. Si verò. Authen. de non alienand. quo loco ſcribit Emphyteutam, ſi ceſſauerit triennio à ſolutione vectigalis ac cẽſus annui, re emphyteutica detrudendum non eſſe ſi dominus emphyteuticus minimè illi denuntiauerit. Eſt tex. ĩ l. 2. in verb. 4. volenti. & in verb. ſi modò uoluerit, & not. per Bart. & omnes C. de iure emphyteu. vbi ſatis frigidè concluditur emphyteutam ſi ab ipſa ceſſatione ſemper poſsidere, fructúſque colligere non deſierit, teneri ad fructuum ipſorum reſtitutionem domino emphyteutico: hac quidẽ ratione, quòd malæ fidei poſſeſſorem ſe, ob vectigal cenſúmque annuum nõ penſitatũ, cõſtituerit, quãuis ſubinde re emphytetica non fuerit priuatus. Atqui malę fidei poſſeſſor ad fructuum reſtitutionem tenetur. Allegat. l. Si fundum. C. de rei vendi. & .§. Sinautem. in verb. Omnes reditus. & .§. Si verò aliquis. in Authen. de aliena. & emphyteu. Et hæc prior fuit opinio Specul. titu.

Si vaſſalus priuetur ſeu do ob feloniã per ſententiã an teneatur ad fructus ante ſentñ?

Quid ĩ Emphyteuta ſi ceſſauerit ſoluere.

Mala fidei poſſeſſor reſtituit fructus.

de loca .§. Nunc aliqua (licet ipſe Ange. hoc tacitus prętererit) Mot ⁹ quidẽ ſimilitudine v ſufructuarii qui ab vſuffruct⁹ tẽpore finito tenetur ad reſtituendos fructus, per l. Si pacẽ. C. de uſufruct. Idẽ etiam Albe. de roſat. in l. 2. C. de iure. emphyt. Vide l. fi. in gloſſ. §. Sin autem ſub conditione, quæ incipit, immo videtur. C. Commu. de lega.

Quid in vſufructuarioſ

Furioſus.

QVi ſemel teſtimonio locuplete & legitimo furioſus fuerit compertus, ſemper in poſterum furioſus cenſebitur, niſi ad mentem eum rediiſſe cõſtiterit etiam legitimè. Gloſſ. iuncta cum tex. in cap. iudices. 3. cauſ. quæſt. 9. in cap. fi. in verb. Compotem. ext. de ſuccesſio. ab inteſt. & ibidem Innocen. Ioan. And. But. Panor. Do Anto. de But. in cap. Quintauallis. ext. de iureiuran. Alberi. in l. Ne codicillos. C. de codicil. Archid. in cap. fi de hæred. lib. vi. Saly. in l. Furioſum. C. Qui teſta. fa. poſ. Innocen. in cap. dudum. ext. de præſump. Nam cum id genus affectus animi, quem Græci μανίαν appellant aut μελαγχολίαν nos inſaniam ac furorem ſeu deſipientiam, oriatur ex copioſo ſanguine minimè corrupto (teſte Aetio) ad cerebrum confluente, interdũ etiã tẽperato, multitudine tantum lędente, aut à mordacib⁹ & calidiſsimis humorib⁹, qualis eſt potiſsimũm flaua bilis, ut autor ẽ Gale. lib. ſecũdo de ſympto. cauſſis, maximè verò ex

Furioſo aliquo ſemel pbato, præſumitur poſtea furioſus niſi probetur ſanæ mẽti deueniſſe.

Mania melãcholia ſeu furor aut inſania quid & vnde.

melancholico humore torrefacto, cerebri ven triculos afficiente mentémque occupante, ſiue illa ſit φυτῶλης καὶ ὑποχον δριακή, atque ob id tota corporis œconomia, cum interi', tum etiam exterius interturbatur, fit ſanè vt qui hoc pathemate fuerit aſfect', ſemper eiuſmodi morbi ſuſpectus cenſeatur gloſſ. not in cap. Cum inter canonicos in verb. recuſatus de electio. quam ibidem ſequuntur Ioan. And. Do. Anto. & Immol. Maximè in eo furoris genere, quem διὰ τὴν τοῦ σώματος καχεξίαν curare non eſt facile, ac ſæpius ἀδύνατον ſecundùm do Cardi. & Immol. ibidem in d. gloſſ. cap. Cum inter canonicos. Vnde cenſet Paul. Caſt. in l. Qui teſté. §. Nec furioſus. ff. de teſtam. euim qui ſemel id genus deſipientiæ morbo fuerit correptus, nũquã in priſtinam ſanitatem reſtitui, nec reſipiſcere. Quam quidem ſententiam valde comprobant Anchara. & Cardi. in d. Clemen. j. ſcribentes quòd ſi ꝓbatum ſit aliquo tempore quem furioſum fuiſſe, & rurſum aliquo tempore eundem compotem mentis, hoc nõ eſſe ſatis ad cõprobandum cõfirmandúmque quod ab huiuſcemodi ægroto actum ſit: niſi probatum quoque fuerit ſana tunc mente præditum, rectóque iudicio minimè carentem, cum id negocij geſsiſſet. alleg. not. per Dyn. in regul. Semel malus. Atque ita reſpondiſſe ſe dicit idem do. Cardi. per gloſſ. in d. cap. fi. Videtur enim hæc dementiæ atque inſaniæ qualitas ſemel contracta perdurare. Gloſſ. in cap. j. de filiis preſbyte. quę

Furor mentis ſemp durare præſumitur niſi cõtrarium probetur.

incipit. Nec ſufficit. In quam ſententiam pedibus ac manibus deſcendit Geminia. in cap. j. §. Si verò. de cler. ęgrot. lib. vi. Et do. Card. in d. cap. Cum inter canonicas. Specul. titu. de probat. §. Probare. verſi. Pone quidam erat furioſ⁹, quo loco profert multorum de hac re ſententias. His cõuenit vulg. regu. iuris. Quod ſemel malus ſemper mali ſuſpitione notatur quemadmodum Semel periurus ſemper periurij nota inuri dicitur. cap. Paruuli. 22. cauſ. quæſt. 6. cap. Scribam de præſumpt. Quæ quidem eſt præſumptio hominis, facti, & iuris. vt declarat glo. in d. regu. iur. lib. vi. hæc nanque animi vitia aut ægritudines (quoniam corporis totius temperaturam ſequuntur, vt dixit Plato, & poſt illum Galen. in tractatione ſua eiuſdem argumẽti, vitioſos ſcilicet corporis humores prauam animo κράσιν gignere) facilè elui nõ poſſunt: propterea pœnitẽtia purgari nõ debere. Tex. eſt in l. Quis ſit fugitiu⁹. de ædilit. edic. ibi nemo tali pacto pœnitentia ſua nocens eſſe deſinit. Quo loco Accurſ. notat vitium animi pœnitentia non purgari. Et gloſſ in cap. Ex literis. in verb. inſtructis de reſti. in integ. cenſet tales animi morbos & vitia, vt in prodigo ac furioſo, non ita repentè ſanari. Propterea tempore eſſe opus. Tex ſolemnis in. §. Si verò is, verſ. Nequaquam enim. Authen. de monach. in verbo Triennalis temporis teſtimonium: vbi mali mores triennio emendari corrigíque cẽſentur. Hoc not. Io. Immol. in cap. Cum deputati de

Semel malus ſemel periurus. ſemp præſumitur talis.

Galen. ĩ lib. Animi mo. corp. tempe. ſequi.

Animi vitium pœnitẽtia non purgari.

udi. Illud quoque à Salyceto æſtimatur ſingulare. in l. Si fideiuſſor. §. fi. ff. Qui ſatiſda. cog. & in l. Si minorem te. col. 3, C. de in integ. reſti. mino. Diuerſum tamen opinari videntur Bald. in l. 2. ad fi. ff. de bo. po. fur. dela. Ange. Conſ. 131. in cip. Nanci⁹ Maſiolus. finem verſus. Quo loco concludit, probandum eſſe furorem, præcipuè tẽpore teſtamẽti. Quod enim antecedit, quód que conſequitur non cõcluderet. Et hoc ſatis vnico verbo ſenſit. Panor. in cap. In præſentia. verſi. Sed quæro quomodo monaſterium. ext. de probatio. in ea quoque eſt ſententia, ſcilicet quòd probanda ſit ex interuallo atque κατὰ περιόδους ſeu per circuitus enata dementia & deſipientia: quódque non ſtatim à ceſſata morbi acceſsióne, ſed longo poſt tempore tali affectus vitio, quicquam egerit. Immola in l. Qui teſtamẽto. §. Nec furioſus. ff. de teſtamen. & in l. j. §. fi. de verb. oblig. Idem Bald. in §. Furioſi. inſtitu. eo. titu. Sed & Aretinus in d. §. furioſi, dixit furorem totum durare triennium. Quòd autem morbus quilibet integrum annũ videatur perdurare. eſt tex. in cap. Communiter 33. diſt. quem alleg. Do. Card. in d. cap. Inter. Et hæc quidem locum habere Paul. Caſt. dixit, niſi probaretur non continua ægrum torqueri inſania, ſed vt dixim⁹ κατὰ περιόδους ſeu per circuitus atque ex intetuallo. Nam videretur egiſſe potius negotium quieſcente furore ac deſipientia, quàm graſſante. Quod annotauit Bart. in tracta. de teſte, in articu. incipien. Oppoſita

Mali mores per tres ãnos corrigi præſumuntur.

Furioſus ꝑ dilucida interualla præſumitur potius facere aliquid ĩ dilucido interuallo quàm tempore furoris.

prudentia. vbi dicit cenſeri actum ſanæ mentis tempore in eo qui per circuitus, deſipientiæ ac furoris acceſsiones habet: quando id egit quod diligens ac prudens quiſq; pater familiás egiſſet: non ſi ſeria cum riſu miſcuiſſet agendo. Quam opinionem longè confirmauit Bald. in d.l. furioſú vbi dicit multùm referre ex ĩteruallo an incotinenti à furioſo quid fiat. Sed Paul. Caſt. Immola poſt fulgoſ. & Ange. aduerſantur Baldo: aſſerentes teſtamentum legitimum eſſe, à furioſo conditum, dum à furore reualuerít, & deſipientia conquieuerit, modò verba teſtamenti prudenti conueniant: ac nihil referre ex interuallo an incontinenti dem ẽtia corripiatur: Bal. In d.l. furioſum. vbi mẽtionem facit de eo qui ad pias cauſſas reliquerat. Barto. In d.l. 2. ſub fi. apertè cõfirmat. gloſſ. in d. cap. fi. modò certo aliquo tẽpore, videlicet, mẽſtruatim ſeu menſib⁹ ſingulis, nec minori tempore, furore atque inſania corripi tantùm conſueuerit. In id gen⁹ morbis expendẽdis multú medici arbitrio iudicióq; tribuim⁹. Cyn. In l. Serui. C. qui teſtamen. fa. poſ. Barto. In l. 3. de teſtamen. ff. Vide gloſſ. Bal. ange. & immol. in l. Si cum dotem. §. Si maritus. ſolut. matri. Barto. in l. Si quidem C. eod. bal. in l. Solum. C. de teſtib. In rub. C. Si ex falſ. inſtru. In l. diuus. de offi. præſid. Immola. in l. i. §. fi. de verbo. oblig. Ludo. Roma. in d.l. j. in prin. Geminia. in d. cap. j §. Verò. de cleri. ęgrot. lib. 6. in cap. filii. de hæreti eod.

Statur iudicio medici ſuper furore.

lib. Bald. in l. Mutum. de acquiren. hæred. Innocen. in cap. dudum. de præſumpt.

Geminatio.

Aphoriſ. 79.

GEminatio multũ operatur. Licet enim cõfeſsio facta abſente parte non ſit ſatis ad plenam probationem, cap. fi. de ſucceſſ. ab inteſta. ext. L. Certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſſ. ſi tamẽ geminata ſit, perinde probat ac ſi eſſet in iudicio facta. Ita Barto. in l. Cum ſcimus. de agrico. & cenſ. lib. xi. C. Bald. in rub. C. res inter alios act. Tex. cum gloſſ. in l. Si mulier perfectæ ætatis. ad velleya. C. & in l. j. C. de plus petit. Propterea, repetita ſæpius atque iterata confeſsio, quanuis omnibus ſubſtantialibus careat, facit nihilominus fidem. Ita Panor. Conſ. 82. incip. Quanquam in his dubiis. Vnde licet extraiudicialis confeſsio non probet quatenus ad intendendam ex obligatione actionem attinet, ad implendam tamẽ probationem ualet. l. Publia. ſub fi. ff. depoſiti. Sed hoc habet locum, niſi geminata eſſet confeſſio, quę confeſsioni in iuditio factæ ſolet æquipariri. & ad actionem ex obligatione intendẽdam prodeſſe. In hæc ferè verba ſcripſit abbas in cap. Si cautio. ext. de fide inſtrum. ita Paul. Caſt. Cõſ. 83. incip. Quòd præfata ſentẽtia. Atque huic quidẽ opinioni ſubſcribit Bal. in §. Quib'. in prin. Cõſtitu. C. Plus enim habent

Confeßio geminata quid operetur.

Fallen.

Vide ſuprà. in verb. Cõfeßio nume. 47. & ſeq. & j. nume. 85.

virium & roboris duę cõfeſſiones, quàm ſola. Gloſſ.in d.l.Si mulier.ſub fi.C.ad velleya.

Aphoriſ. 80.

Argum. cõtra predicta.

¶Contra prędicta tamẽ facit tex.cum gloſſ. in l.fi.C.de interroga.actio. Secundùm Bart.in d. l.Cũ ſcimus: ſequitur Ludo.Roman⁹cõſ.299. incip. in caſu propoſitæ conſultationis. Paul. Caſt. in d. l.Publia.§.fi. depoſ.

Aphoriſ. 80.

¶Tantæ equidem eſt facultatis & virtutis Geminatio,quòd aduerſus geminatam confeſsionem opponi non poſſit exceptio non numeratæ pecunię.Ita do. Abbas ĩ d. cap.Si cautio. de fid. inſtru.alleg.not.per gloſſ. in d.l. Cum ſcim⁹.C.de agrico.& cenſit.lib.xi.Sed eſt optimus tex.in l.Cum fidem. eo titu. Azo in ſumma eiuſdem. Nam non numeratæ pecuniæ exceptio,locum habet quãdo agitur ex numerata pecunia: non ſi ex cauſſa vel confeſsione antecedẽti l.Aduerſus.& ibidẽ not.eo titu.Et hoc tradit Ioan.And.in addi.ad Specu.titu.de dona.inter vir.& vxo.in rub. Bal. ĩ d.l.Cum fidẽ. Tex.ſecundùm Cy.in l.d.l.Si duo.§.Marcell⁹.

Geminatio in verbis enuntiatiuis diſpoſitionẽ inducit quæ alias nõ diſponerẽt ſine geminatiõe.

¶Adhęc,geminatio efficit, ut enũtiatiua verba,diſpoſitiuorũ vim habeãt,quæ tamen aliâs veri fidẽ nõ perſtringunt vt l.verba.cum gloſ. C.de teſtamẽtis.Sed geminatio ad effectũ perducit.Bart.in d.l. Cum ſcimus. C.de agric. & cenſit.lib.xi.Et ſic enuntiatiua verba in literis principis diſponũt.Paul.Caſt.ĩ l·Ex hac ſcrip-

tura.de donat. Ludo.Roma.in l. Gerit.de acquiren.hæredi.& in Cõſil.65. Panor.in d.cap. Si cautio.de fide inſtru.ext. & in repeti. cap. Per tuas de arbitris.quo loco citat tex.in l.j. in verb.ꝓpriis confeſsionibus.C.de plus petitio. Et ratio eſt:quòd idem iudicium eſſe dicimus de verbis diſpoſitiuis ac deciſiuis principis, quod de narratiuis:quando potiſsimùm ſuper his fundatur principis ipſius intentio.Clem.j. de probatio.iũcto cap.Si papa.de priuileg.lib. 6.hócque explanat Immola.in cap.Ad apoſtolica.de his quę fi. à præla.ſine conſ.cap. Sed & verba enuntiatiua iurata.ſine dubio diſponũt. Angel. in lec. gloſſ. in l. Ex his uerbis. C. de teſtam. milit. per tex. in Authen.Quod obtinet.C.de probat.Nam iuſiurandum habet vim clauſulę, Quod valeat omni meliori modo. &c. l. Cum pater.§.filius matrem.de lega.j.

Verba Principis enuntiatiua.

Verba enũtiatiua iurata.

Iuramenti vis.

Aphoriſ. 81.

¶Eſt & geminationis alia vis & facultas admiranda,& effectus maximus: videlicet quòd ex geminatione dicitur pactum veſtiri, & parit actionem & obligationem: cum aliâs ex pacto nudo non naſcatur: Ita Ange.& Saly.in l.petens. C. de pact. facit.§. de conſtituta. inſtitu. de actio.iuncta l.j.§. debitum. verſ.vel natura ſufficit.ff.de cõſtitu.pecu.Bal.Angel.& Paul. Caſt.in l.fi. C.ad leg.falcid. Et hoc quidẽ fuit ex mente hoſtien . & ibidem Do . Antho. in notab.in cap. Per tuas.de arbit.Do. Antho. in

Pactum geminatum.

cap. Cum Contingat.de iureiuran.dum diſceptat, An ex iureiurãdo oriatur actio. Do. Alex. in l. legem. C.de pact.

¶ Sed nec geminata interlocutoria poteſt reuocari. Gloſſ.not.in Clemen. Cum à repulſione. al. Clem. Appellanti.de appel. cum tamẽ abſq; geminatione poſsit.l. Quod iuſsit.de re iudi. cap. Cum ceſſante.de appel. & ibidẽ Bal. Panor.& Do.Anto.in cap. fraternitatis.de frigid.& malefi.facit ad hoc tex. in cap. Si compromiſſarius. de elect.lib. vi.

Interlocutoria geminata.

Interlocu.poteſt retractari, non gem.

¶ Mora itẽ geminata minimè purgãda uenit. Tex. eſt ſecundùm vnicam lectu. in l. Traiectitiæ.§. de illo de verbo. obliga.ff.

Mora geminata.

Aphoriſ. 82.

¶ Reſcriptorum geminatio vim habet clauſulæ Motus proprii. Bald. in l.nec damnoſa. C. de precib.imper. offer. Immò verò geminata & ſecunda iuſsio habet vim clauſulæ, Non obſtante, ſecundùm Bal. ibidem. Quod in fiſci, non in tertii iactura ſeu præiudicio intelligendum cenſeo. Licet enim Motus proprii clauſula, comprobet reſcriptum ementita rei expoſitione impetratum & minimè δοκιμασὶν ſeu(vt dicũt)obrepticiũ ,aut ab eo reſcripto vitiũ mẽdaci tollat,legitimũq;,ac rationi & ęquitati cõſẽtaneũ efficiat,nõ videt̃ pręſumiturue

Reſcriptum geminatum.

Motus proprij clauſ.obreptionẽ tollit.

hæc clauſula diplomati interſeri,niſi in eo ipſo diplomate aut reſcripto expreſſa fuerit clauſula cap.Si motu proprio de præb.lib.vi.Si tamen geminatum ſit reſcriptum,nãciſcitur vim naturámque Motus proprij: éſtque eiuſdem effect⁹ cũ ſecũda iuſſione.§. Et hoc verò iubemus.Authen. Vt nulli iudic. Secunda demum iuſsio,vim habet clauſulæ,Non obſtante,ſecũdùm Ange.ibidem.Facit l.j.in.2.reſpon. C. de bo.peti.ſubl. lib. xi. Sic & geminata obligatio naturalis actionem parit. Angel. ſingulariter in l.fi.C.ad leg.falcid.gloſſ. in.§. de cõſtituta. de actio.quanuis vnica & minimè geminata eius effectus nequaquam ſit potens.l. iuriſgentium.§. Nulla.ff.de pact.

Motus prop. non præſumitur niſi de eo fiat mentio.

Secunda iuſſio.

Obliga.naturalis gemina ta.

Aphoriſ. 83.

¶Atque vt iam abundè per diſcamus quis ſit Geminationis vſus,ſciueris legitimam non eſſe Geminationem quæ momento eodem ac repentè,ſed aliquo temporis interſtitio,& variis vicib⁹ repeti ſolet.Bald.in procem. C.ad fi.vbi alleg.not.in l.Si conuenerit de pig. act. Sic vbi ad introducendam conſuetudinem opus eſt actu geminato, operæprecium fuerit hãc ipſam geminationem ex interuallo eſſe Do. Anto.ĩ cap.fin.ext.de conſuetu.Vide notandum dictũ Baldi.in d.l.Cum fidem ſub fi.C.de non numera.pecu. Et ad limitationem dicti prioris, vide Barbat.poſt Bald.in cap.fi.§.j.de offi.deleg.

Geminatio qualiter valet.

Aphoriſ. 84.

Vide ſuprà nume.47.in ver.Cõfeßio.

¶ Confeſsionem geminatã reuocari nõ poſſe prætextu erroris, certiſsimi iuris eſt. Iteratio nanque planè indicat delıberatè ac ex conſilio actú. cap. Si quis paratus. 2. cauſ. quęſt 3. Eſt id in eam ſpeciem ſcriptum in l. j. C. de plus petitio. in l. Si mulier. C. ad Velleia. cap. Cordi nobis. ext. de appella. lib. 6.

Verb. geminata & duplicata.

¶ Qua ratione plus operantur verba geminata atque iteratò repetita, quàm ſemel pronuntiata. habent enim emphaſin ac vim maximam ad exactiorem mentis atque animi expreſsionem Gloſſ. in Clem. j de re iudi. in verb. Quanuis: quam ibidem indicat ſingularem, Immola. Idẽ gloſſ. in Clem. Ne Romani. in verb. quouis modo. & verb. Cuiuſlibet. & in verb. ex quacunque: de elect. in Clem. j. in verb. omnimodam. de foro comp. gloſſ. & tex. in l. Promittẽdo. in verb. cuiuſque. de iur. dot. in Clem. j. de iudi. in ver. quibuſcunque. in Clem. Ne in agro. in verb. omnes & ſinguli. de ſta. mo. gloſſ. in Clem. j. in verb. diœceſan⁹. de iure patro. in Clem. j. de vita & hon. cler. in verb. omnimodo. Quod quidem verbum, Omnimodo, apud Vlpianum in l. Græcè. §. Illud. de fideiuſſo. ff. Accurſius interpretatur in nihilum, adiecta negatiua, Non: videlicet, Omnimodo nõ obligari, id eſt in nihilum obligari. gloſſ. in l. 4. §. illud. ff. rem pupi. ſal. fo. Gloſſ. in cap. j. §. Nec non. de concub. in pragmat. ſanct. in verb. omnino. in Clem in pleriſque. in uerb. Qualiter cunque

Omnimodo quid & qualiter accipiatur.

cunque & in verb. quamcunque de elect. in clem. Quanuis. in verb. quomodolibet. de ſenten. excom. in cap. inquiſitionis prohibemus. in verb. quoquomodo. de hæreti. lib. vi. Quo loco iudex, qui cognoſcere prohibetur, intelligi id debet, ſiue principaliter, ſiue acceſſoriè. Bald. pulchrè in titu de pace conſtan. in uerb. Priuilegia. Idem gloſſ ſingul. in l Cum pœna. de arbit. vbi verb. illa, Quoquomodo, facti ſpeciem comprehendunt, quæ alioqui ſubintelligi non poſſet. Itaque ſi promittatur euictio quoquomodo eueniat, tenetur promiſſor, etiã ſi arbitri ſententiâ res fuerit euicta: quod tamen aliter minimè procederet. l. Si dictum. §. Si compromiſero. de euict. ff. Ad hanc rem facit pro gloſſ. tex. in l. j. ſub fi. ff. de his quæ in frau. cred. in l. Si mater. §. Eandem. de excep. rei iud.

Verbũ Quoquomodo qualiter accipiatur.

Aphoriſ. 85.

¶ Ad ſuperius dicta, primùm quidem facit notandum dictum Angel. in l. Quòd ſi nolit. §. Quid ſi ita. de edit. edi. Barto. in l. Generali §. Vxori. de vſufr. leg. Bald. in l. j. de reb. dub. Et quòd geminatum verbum multùm operetur, ſcribit Archidia. in cap. Ab eo. de appel. lib. vi. quo loco allegat in argumentũ 22. cauſ. quæſt. j. ad princip. tex. ſecundùm mentem Angel. in l. De pluribus. §. de hac de verb. oblig. Angel. recitans Bald. in l. Si ſtipulatus. de vſur. facit l. Baliſta. cum ibi-

Verbũ omne geminatiuũ ſeu multiplicatiuum quid debeat importare.

dem not.ad trebel.Omne enim verbum geminatiuum vel multiplicatiuũ aliquid debet operari. Bal. in l. Precibus in magna quæſtio. ibi. Nunc vlterius procedo poſt multa argu. C. de impub.& alijs ſubſt.idem Bal.in l.fruct⁹.C. de actio.emp.& vend.Adde etiã ad prius d.Gloſſ. in cap. Quamuis.in verb. quaſcunq; de elect. lib.vj.in Clem.Et ſi de beneficio in verb. Cuiuſque de præb.in Clem.dudum.§. Verum ne parrochial.in verb. fauorabilibus, de ſepul. in Clem.2.in verb.Quauis.de reb.eccleſ. nó alie. in cap.Si eo tempore. in ver. Quauis cauſſa. de elect.lib.6.in Clem.j.in verb.Cuiuſq; de teſtamen.in Clem.Si ſummus pontifex.in verb.Vel alio quouis modo.de ſent.excom.in Clem.prima.in uer.quibuſlibet.& in ver.habentibus.de offi.lega.in clem.2. in verb. Quodcunque beneficium.de vita & hon.cler.Tex.cum gloſſ.in cap.Quorundam.in ver.Aliâs cuiuſcunq; conditionis,de elect.lib.vj.Gloſſ. in cap. Requiſiſti.in verb.decens.ibi.Et ita multum operatur repetitio verbi ext.de teſta.Vnde Bal.in cap.Eã te.de reſcript.dixit verba geminata exactè exprimere mentem Papæ & cuiuſlibet ſuperioris. Cenſuit quoque in d.l. fructus. C.de act. empt.verba geminata ſic augere efficeréque,vt longè maiorem vim ac facultatem habeant ad res conficiendas.

Verba gemi nata ampliant effectus vt aliquid operentur.

Aphoriſ. 86.

¶ Nam geminatæ confeſsioni & multiplicatę,

non licet contrauenire. Bal. in l. Si mulier. C. ad Velleya. Paul. Caſt. Conſ. 173. Facit quod not. Bal. in tracta. Schiſmati. 19. col. vbi voluit quòd bis aut ſępius agendo aliquid, ſic confirmare & comprobare videor, vt nihil poſtea habeam quod cōtradicam. Eſt enim plena ſuſpitio ſeu pręſumptio id me penitus ex propoſito conſilio feciſſe d. §. Et hoc verò iubemus. in tex. & gloſſ. quę incipit. Non enim facilè. in Authen. vt nulli iudi. Adeò quidem, vt nihil metu factum cenſeri debeat, ſed liberè. Bal. in l. cum in aliena. §. Celſus. de acquiren. hęred. Gloſſ. & doct. in cap. j. Quod met. cauſ.

Metus non præſumitur in geminato Facto.

Aphoriſ. 87.

¶ Qua ratione, licet his propemodum verbis Statuto aliquo cautum ſit. Titius cenſeatur ciuis, hęc ſanè verba cum ſimilitudinem ac fictionem quandam tantùm ſignificent, ſi tamen geminata ſint, vt Titius ciuis cenſeatur & ſit, ſecūdùm rei veritatem promulgata dicemus: indicant enim rem ita eſſe debere. Ita cenſet Bal. in prœm. Pandectar. in fi. prin. allegátque tex. in. l. j. ſub fi. Quodquiſque iuris. Quod expende diligenter. Tu nihilominus videto Baldum contrarium in capit. Licet de euitanda. de elect. Sic quod agitur poſterius, confirmat id quod anteceſsit quódque iam prius factum fuit, etiam ſi in illis actibus

Notandum bene.

Facta ſequētia cōfirmāt præcedentia.

eſſet quædam qualitas vitioſa. Propterea actus reuerentiales confirmarunt electionem Vrbani Papę. Bal. in rubri. Si quis aliquem prohibu. teſta. vbi quoque dixit, quòd qui finem optat, qui quidem eſt reliquis aliis partibus nobilior, rei geſtæ perfectionem deſiderat. Idem Bal. in l. Sicut. de præſcrip. 30. anno.

Finis & exitus acta probat.

Gloſſa ordinaria.

Aphoriſ. 88.

TAnta mehercule eſt Gloſſę Accurſianæ, reliquorúmque iuris interpretum auctoritas cum in conciliandis antinomiis, tum verò cauſſarum & negotiorum deciſionibus agitandis, vt crediderit And. Alciatus ſine Accurſio, Bartolo atque aliis quibuſdam interpretibus ius noſtrum non conſiſtere. Quid enim (inquit ille ſub finem Commentariorum ſuorum in tractatum de verbo. & rerum ſig) ſi bonarum literarum cognitionē excipias, illi aut acutiſsimè nō excogitarunt, aut clariſsimè nō docuerūt, vt noſtris oculis ſuffuſas per hoſce Græculos tenebras aperirent? Sanè auctoritas Gloſſæ reliquos omneis longè antecellit. Bal. in l. hæreditas. C. depoſiti. Vbicunque enim gloſſa firmat pedem, ibi ſiſtendum eſt, illíque ſubſcribendum: niſi contrarium vſus iamdiu obtinuerit. Tunc enim ab ea recedendum fue-

Alcia. in l. fi. de re. & verb. ſig. in fi.

Seruanda eſt gloſſ. niſi vſus ſit in contrarium.

rit,cum à lege,propter contrariam conſuetudi nem diſcedi ſolet, vt patet in l. dos à patre. C. ſolu. matri.Ita firmiter aſſeruit Iacob. Butrig. in l.j.C.qui pro ſua iuriſdict. Propterea expen de quàm malè & perperam vulgò allegatur. Eſt autem ſatis nobis perſpectum ac cognitũ ſolam Accurſij & gloſſarum opinionem in decuriis forenſibus iudiciiſque obſeruari ac auctoritate eſſe præditam,cauſidicóſque omneis gloſſæ initi omnino , & eius auctoritatem ſar tam ac tectam tueri,ſicuti Cyn.ſcribit in l.j.C. de actio.& oblig.Quandoquidem in arduis & ad momentum pertinentibus cauſsis,ſemp inhærendum gloſſæ cenſuit Bald. in l.Quanquã ſub fin.de ſenten.quę ſi.cert.quant.in l.j.in fin. de vulg.& pupil.Ang.in l.Si expreſſum de appella.ff.Idq; tum in conſiliis tum etiam in iud ciis. Bald. in l. Conuenticulam. C. de epiſcoi & cler.

In iudicio & conſultationibus Gloſſ. tenetur pro lege.

¶Sed quando gloſſa profert plureis interpretum ſententias, nullámque earum comprobat aut admittit, vltimæ adhærendum eſſe Bal. ſcripſit in Authen. Ex teſtamento.C.de collatio.alleg.not.in l.Qui filium.§.fi.ff. ad Trebel. adiicens docto.ita dicere.

¶Nulli itaque opinioni & ſententiæ inhærere potius debemus quàm Gloſſæ ordinariæ ſeu ĩ dubiis,atque ordinan.cauſsis & negociis decidendis,ſeu conſultis & celebribus cõſiliis cen ſendis.Bald.in cap.j.titu.de natu.ſucceſſ.feu.&

Gloſſ. ordi. laus & auctoritas.

Paul.Caſtr.in Conſ.170. incip. Cum tempore dictus,cenſet nephas eſſe deſciſcere ab auctoritate gloſſæ ordinariæ, vt pote quæ talis tantáque ſit,vt à Curia Romana in iudicando obſeruari conſueuerit·Vide omnino Paul. Caſtren. Conſ.189.

Hæres.

Aphoriſ. 89.

Hæres non poteſt reprobare nec impugnare factũ defũcti.

TEnentur hæredes ſuſcipere atque agnoſcere quod à defuncto actum geſtúmque eſt, idque bona fide præſtare ac comprobare. Cenſentur enim cernendo hæreditatem aut adeundo ratum acceptúmque habere quodcunque geſsit defunctus·argu. l. Plurium .§. Solutam de pig.act.l.fi.ff.rem rat.hab. Igitur non licebit illi defunctum aut erroris aut mendacij arguere.l.Si creditoribus.C.de ſer.pigno· dato ma.l.rem alienam in fi.& ibidem Barto.Bal.& docto·ff.de pig. act. per tex. ibi. Ioan. And. in addit.Specu,titu.de appel .§.In quib⁹,in addit. quæ incipit. Ad declarationem. Paul. Caſtr. in l. Si duo pat. in prin. in gloſſ. fin, ff. iureiurand.

¶ Videtur tamen è contrario ſcribere Bald. in l.Error.ſub.fi.de iur.& fa.igno.C.per tex. in l. Non idcircò.eo titu.dum ſentit licere hæredi

factum defuncti inducere & circũſcribere ſeu reuocare, & confeſsionem illius antiquare. Ego verò vtranque opinionem ſic tueor, videlicet vt prior procedat vbicunque doli defunctus argueretur: altera autem, ſi non dolo ſed errore tantùm quid admiſiſſet defunctus. Quia errantis nullus eſt conſenſus.l.Si per errorem.de iuriſd.om.iudi.

Contraria Bald. ſententia.

Conſentire errans non præſumitur.

Aphoriſ. 90.

¶ Sanè in cernenda atque adeunda hæreditate multa conſideranda veniunt. Eccè enim ſi quis in defuncti domo habitat, aut eam occupet, ac poſsideat quædam ex ipſius defuncti bonis, ſi modò ſit illi iuſta aliqua poſſeſsionis cauſſa, nec quicquam præter cauſſæ eiuſmodi ſeu tituli naturam aut rationem moliatur & agat, non cenſebitur propterea adiiſſe. l. Duo fratres.ff.de acquir.hæreditate. Ita Bald. in l.j. C.Si vt ſe ab hæredi.abſti.in l.Non hoc.C.vnde legiti.Quo loco ſcribit iudicis eſſe parteis æſtimare diligentérque expendere ex facti qualitate & coniecturis, num hęredem ſe aſſerere voluerit.Idem Bald.& docto in l.j.C.de repud. hæred. adducentes exemplum in filio contendente obligatam ſibi domum pro dote materna.Idem Bart.in l.Gerit.ff. de acquirenda hęredi.ĩ verb.Ad ſcd̃m.Quod limitat Paul. Caſt.in l.j.Scilicet,ſi propria poterat authoritate ac ſuo quodãmodo iure, occupare. Alioqui

Quando dicatur adita hæreditas. et infrà nume. 91. & tex. eſt in l.Gerit de acqui. hæredit.

Notandum maximè.

adiiſſe cenſebitur. Pro quo not. in l. Cum creditor. ff. de furtis.

Contra præcedentem opinionem.

¶ Quod mihi quidem minimè placet. Quandoquidem non licet cuiquam rem alienam immobilem quantumlibet iacentem poſſeſſoréque carentem, pignoris aut hypothecæ prætextu, propria authoritate occupare impugnè & abſque furti ſuſpitione l. fin. & ibi gloſſ. ĩ verb. per ignorantiam. C. vnde vi. Tex. & quod ibidem not. Cyn. & Bal. in l. In poſſeſsionem. C. ad leg. Iuliam de vi. vbi non poteſt quis fundunr ſibi hypothecæ nomine ſubiectum, crediti titulo, vi occupare & poſsidere.

Creditor non poteſt vi occupare hypothecam.

Aphoriſ. 91.

¶ Pluribus exiſtentibus hæredibus, tametſi eorum vnus totam hæreditatem occupauerit, & adminiſtrauerit in ſolidum, non cenſebitur nihilominus hęres ſolus & in ſolidum neque verò maiorem poterit partem petere, quàm ipſe habiturus eſſet adeuntibus cæteris. l. Si ex pluribus. ff. Si pars hæred. peta. Et vt quis adire poſsit, tria τῷ ἐργῷ requiruntur & in effectu. Primùm quidem, quòd ſit delatą hæreditas. Secundò, quòd ſciat hæreditatem ſibi delatam eſſe. Tertiò, quòd ſciat, qua ex cauſſa, ex teſtamento, an ab inteſtato Gloſſ. Barto. & docto. in l. Is poteſt. ff. de acquírẽ. vel amitten. hęred. & in l. Illud. ſub fin. ff. Si pars hæred. peta. Er-

Hæres in ſolidum adminiſtrans non tamen eſt in ſolidum hæres.

ror enim aditioni obſiſtit, vt quę in animo con tineatur. Error item voluntatem impedit. Bart. ĩ l. Si is ad quem. per tex. cum gloſſ ibi eo titu. Potius nanque quod in voluntate conſiſtit cõſideratur, & in opinione, quàm quod in veritate. Gloſſ. & Barto. in l hæres inſtitutus eo titu. Qua ratione in maiori parte inſtitutus, minorem partem adeundo nihil ſibi iuris detrahit. Quod intellige ſecundùm not. per Gloſſ. Barto. Bald. & docto in l. Ex ſemiſſe. ff. de acquir. hęredi. Gloſſ. & Ange. in d. l. Illud. Si pars hæred. pet. Et potiſsimùm expende diligenter καὶ ἀκριβῶς verba Bartoli in d. l. Ex ſemiſſe, ne forſan decipiare.

Aphoriſ. 92.

¶ Quoniam autem ex hæreditate defuncti lucrum & commodum percipit hæres, non idcirco poteſt defuncti ipſius factum aduerſari. Bal. in l. 2. c. de his quæ in fraud. patro. Sed obſtat. l. j. eo titu. Quod ſolue vt ibi per Barto. qui hoc eleganter declarat & explicat. Quod dicimus hęredem non poſſe contra id quod à defuncto geſtum eſt, venire, certè id procedit pro qua parte hęres fuerit. Tex. & ibi not Bal. in l. cum à matre c. de rei vendi. l. Abeo. c. de nego. geſt. Bald. in l. defuncto. c. ne quid ĩ frau. patro. Barto. in l. cum vis de vſucap. Barto. & Ange. in l. Lucius. ff. Solu. mat. Gloſſ. & docto. ĩ l. fin. §. In computatione. c. de iure de-

Hæres cur non poteſt venire contra factum defuncti.

ſucceſſorium edictum. Gloſſ. & omnes in l. Pater filium. eo titu. de inoff. teſt. Barto. & omnes in l. Si quis poſtremus .§. Si filium de lib. & poſthu. Plurimum enim refert ex qua perſona quis veniat. l. Si poteſt .§. Quid nos. .ff. de adopt. cum ſimilib. Hæc autem ſic confirmari poſſunt. Scilicet quòd ſi ex filia nepos quę cernendæ hęreditatis paternæ ius eiurauerit bonáve paterna renuntiauerit, velit tamen venire ex perſona propria cum nepte alterius filij, nullam patitur iuris ſui iacturam ſeu prę-iudicium ex renunciatione matris. Barto. in l. Qui ſuperſtitis de acquiren. hæredita. Gloſſ. & Docto. in l. Pactum. C. de collatio. Confirmo præterea ex nota. per Bald. & Ange. in l. Apud Iulianum .§. Si quis alicui. de lega. j. Vbi ſi quis rem in emphyteuſin conduxerit ſibi & filiis ſuis, non poterit illam in poſterum abnuere renuntiaréque in iacturam iuris aut pręiudicium filiorum. Quandoquidem duæ cenſentur conceſsiones, altera quidem in perſona patris, altera verò in perſona filiorum. argum. l. Stipulatio iſta .§. Si quis ita de verbo. oblig. Et exclamat Paul. Caſtren. in d. .§. Si quis alicui: quo loco recitat ſe in eius facti ſpecie aliquando conſultaſſe. Alex. quoque permulta ibidem cumulat: ac denique concludit in fundo clientelari ſeu feudo, communem magis eſſe opinionem, quòd qui prædium in cliẽtelam ſeu

Repudians hæreditatem viuentis ſibi non præiudicat quin poſt mortem illius poßit petere & adire.

Si quis pro ſe filiis ſuis rem in Emphyteuſin acceperit an poßit renuntiare in præiudicium filiorum.

In feudo quiddicẽdũ. feudum accipit ſibi & filiis, non poteſt renũtiando prædium illud beneficiarium & clientelare, iacturam iuris filiis ſuis adferre neque præiudicare. Et recitat Bald. in cap. j. de Cliente ſeu vaſſalo ætatis propè cõfectæ. ſub. fi. cap. Comperi in quibuſdã vetuſtiſsimis codicibꝰ
« cap. ſcriptum in hęc verba. Si quis fundum ha
« buerit & aliquod conuentum ſeu refutationẽ
« fecerit domino aut alicui perſonæ, quod vel
« quę nocere videatur & qui in feudum ſuccede
« re debet, non nocet. Excipimus patrem qui
« feudum acquiſiuerit, niſi in odium filii vel ne-
« potis fecerit. Ita quidem ſcriptum in codice ſuo Bal. aſſerit. At verò quia id à lectione magis communi abhorret, exiſtimat ipſe Bald eſſe apocryphum & reiectaneum, miniméque comprobandum. Nihilominus tamen dicit eſſe dignum notatu. Et in hanc ſententiam aſſeruit Alex. in apoſtill. ad Bald. in l. qui ſe patris. C. vnde libe. Maximè autem vbi filii hæreditatem creuiſſent iure priuilegióq; bonorum indicis. Bald in l. Qui ſe patris.

Si filii pro hæred. ſe geſſerint ſub beneficio inuẽtarii.

Inſtrumentum.

Aphoriſ. 93.

QVæcunque in tabulis, litteris ſeu inſtrumentis ſcripto continentur, ſuſpitio eſt ſeu præſumptio ea ſcripta eſſe uoluntate & conſẽſu partium. Gloſſ. in l. Sciendum. de

verb.oblig.Quæ enim verba à notariis excipipiuntur & regeruntur,uerba ipſa partium cõtrahentium cenſentur eſſe. Bald.in l. Ab executione.C.Quo. appel·recip. & in l.2. circa fi. C. de execut. rei iud. in l. Imperator.ff. de ſta. hom. Idem Bal. in l.j. ad fi.C.de priuileg.dot. Et licet notario ea omnia quæ in literas & tabulas refert debeant eſſe cognita perſpectáque ſenſu quodam corporeo,inſtar teſtis, Bald. in rub. de fid. inſtru.in l.in errore.C.de teſtamẽ. in l.2. ff. eod. not. Innocen· in cap. Paternitatis. ext. de hæreti.eos tamen velim eſſe pręclarè admonitos vt nihil deſcribant niſi quod & audiſſe & vidiſſe ſe contrahentes apud eos profeſsi fuerint, quódque certò ſciuerint· vt eleganter ſcribit Bald. in l.Cum precibus. C.de probat. Si tamen aliquid Notarius perſcripſerit in ſuis tabulis quod factum quo de agitur reſpiciat, videtur id ſcripſiſſe ſecundùm captũ & aſſeuerationem partium: per Bald. in d.l.j. Idem Bald. in cap. Cum in iure peritus.de offi. delega.Quapropter,ſi hæc verba in inſtrumento perſcripſerit & inſeruerit Notarius,uidelicet,Ex certa ſcientia nõ per errorem,videtur ſic propemodum excepiſſe à contrahentibus, qui ita dixerint. Bald. in l.Mater.ad princip.de rei vendica C. Et clarius in repeti. l.2. C. de reſcin.vend.verſ. Sed quid ſi Notarius dicens quòd Tabellione dicente in inſtrumẽto, Titius ex certa ſcientia non per errorem vẽdidit, quòd probatur ſcientia in vendente.hãc

Quæ in ſcribendo inſtrumẽto debeat Notarius agere & obſeruare quæq; cauere & vitare.

Quod Notarius ponit in inſtrumẽto cenſetur pars ſic dixiſſe.

tione appareret. Nam inſtrumentum probat & confirmat quæcunq; in eo deſcribuntur, ac ex ipſius ſcripto colliguntur. Bal. in cap.j. in prin. de feud. dato in vicem . legis commiſſor. Ange in l. Nihil intereſt. C. de ſolut. *Inſtru. probat omnia in eo contenta.*

¶ Propterea Inſtrumenta publica, & auctoritate præditæ tabulæ, cenſetur probatio probata. Bal. In l. Quotiēs in fi. C. de iudi. Authen. Qui ſemel. C. Quomodo & quan. iud. In l. 2. C. Quādo fiſcus vel priua. Bal. in l. Pupillus. C. de vſur. pupil. Bal. in l. Scripturas. C. Qui potio. in pig. hab. Veritas enim apparēs dicitur probatio ꝓbata, non autem probanda. Cyn. in addit. in l. Nam ita diuus. ff. de adopt. vt recitat Bal. in d. l. Imperator, de ſta. ho. Nam inſtrumentum publicum non poteſt dici probatio ſingularis vnius ſcilicet teſtis ſemiplenè probantis: cum ſit legitimo teſtium numero confirmatum. Bal. in rub. de cont. inueſti. ad principum. vide Bal. omnino in cap. Conſuluit de offi. delega. *Probatio probata quæ.*

Aphoriſ. 94.

¶ Tenetur notarius perſcribere & referre in tabulas, ſermones omneis cōtrahentiū partiū, quos maximè rogatus fuerit vt regerere velit ſcriptóque excipere : non autem de animo & mente contrahētium teſtificari. Nulla nanque huic rei fides haberetur. Bal. poſt gloſſ. in l. fi. de condict. ex lege. Idem Bal. in rub. de fide *Notarius debet regiſtrare omnia verba de quibus rogatus eſt à partibus.*

inſtrumen.verſ.Iuxta prædicta ſciendum. Bal. in l.2. ff.de teſtam. Et quanuis instrumentum ſit legitima probatio, fidem tamen non facit & authoritate caret ſi proferatur ante litem conteſtatem, ſecundùm Feder.de Senis ī ſuis cõſil. quem ſequitur Do. Anto. in cap.j.de probat.

Inſtrum. productum in iudicio poſt litem conteſta.

Aphoriſ. 95.

Notarius nõ poteſt tria alteri de ſuo officio committere. Partes audire, Scribere prothocollũ. & inſtrumẽtum ſubſignare.

¶ Tria ſunt ad pactorum perſcriptores ſeu officium notariatus ſpectantia, quæ ipſi Notario non licet alii demandare, ſed ipſemet præſtare diligenter tenetur: videlicet vt adeundi ſui poteſtatem faciat, & feriatas aures diſceptantibus contrahentibus porrigat. Secundò, pactorum contractuum, ac cõuentorum perſcriptiones exactè conficiat. Tertiò, ut perſcriptiones ipſas inſtrumentáq; & Syngraphas chirographo proprio ſubſcribat In hanc ſententiam ſcripſit Bald in rub C. de fid.inſtrumen verſi Sed hîc dubitatur. Et ſequitur Paul. caſt. conſil. 228. incipien. Dubitatur primò col.8. Sed Do. Pet. de Anchar. conſ.293. incip. Prius de iuribus. prim. &2 col. non ita ἀκριβῶς exactéque id cenſet eſſe accipiendum vt non liceat Notariis pſcriptiones ſuas & Syngraphas per alios ſcribi facere: quanuis ipſi quorum in hanc rem & negotium electa eſt perſona atque induſtria, teneantur potiſsimùm non intereſſe tantùm, ſed & præeſſe negotio & contrahentium captum, voluntates & diſceptationes ſtudioſè audire & excipere. Vide ibidem.

Aphoriſ. 96.

¶Sed tabulæ & Codex,ac Breuia, litura raſuráve corrupta,& lacerata, ſuſpitione nõ carẽt: eſt enim vitium intrinſecum. Gloſſ.eſt in cap. Cum venerabilis.de rellig.dom. Bald. in cap. Ex literis de fid.inſtru.Barto. Bald. & Docto. in l.fi.C.de edic.diui Adria.tol. Et in l. j. ff. de his quæ in teſtam.delen. *Si in breuia tura, vel minuta aut groſſa ſit cãcellatio, vel raſura. facit ſuſpectum inſtru.*

¶Quod quidem limita & intellige,niſi Notarius ſub finem inſtrumenti & Breuij adderet & ſubſcriberet verba corroſa & lacerata ſeu litura antiquata, & quę inter lineas inſerta ſint, eáque auctoritate & teſtimonio publico comprobaret: & vt vulgò dicitur, conſtataret. Ita ſentit Archid.35.cauſ.quæſt.9.cap. Quia ergo. aliâs cap.His ita reſpondetur.Barto.in l.diuus .§.Item Senatus.ff.de falſ.& in l.j.per Tex. ibidem.ff.de his quæ in teſtam.delen.& in d. l. fi. C.de edic.diui Adria.tol.Butr. & Abbas ĩ cap. Ex literis de fid.inſtru.Et hęc ſanè procedunt, ſi talia verba inſerantur in corpore inſtrumenti ſeu perſcriptionis.Aliter verò ſi extra ordinem ſcripti & in margine quadam , abſque die & conſule , & chirographo notarij.Hæc enim auctoritate minimè prædita,fidem rei nullam facerent.Ita voluit Ioan. And. titu. de Inſtru, editio .§. Oſtenſi. in addit.Specul.incip. Dixit Rolandinus.&c.Bald.& Ang. in l. Si vnus. C. de teſtam.Bald.in l. Noſtram.eo titu. Barto. in l.Imperator in fin.de ſta.ho. Quibus in locis *Limitatio huius Sing.*

doćto, concludunt illa verba, Caſſum, & cancellatum, de partiũ voluntate in margine perſcriptionis & Syngraphæ mortui notarij inſerta, tametſi manu eiuſdem ſcripta fuerint, nullam nihilominus fidem facere: & inſtrumentum edendum eſſe his reiećtis ac neglećtis verbis. Etiam ſi adderentur illa verba, Caſſaui, quia errore ſcripſi, ſecundùm Bald. in d. l. Ea quæ. & Bart. in d. l. Imperator. Et ſequitur Paul. Caſt. in d. l. Si vnus. Quo loco cenſet Notario non licere de verbis ſeu (vt dicũt) apoſtillis ad marginem adpoſitis & additis teſtificari in corpore inſtrumenti: etiam ſi ad rem ipſam facerent. Quę tamẽ antedićta adfirmat. Bald. ĩ l. Labeo. §. j. ff. de pać. & in d. rub. de fid. inſtru. Et in Conſ. ſuo incip. In libro. ſententiarum: vbi voluit illa verba in margine ſcripta, Cancellaui, quia errore ſcripſi, fidem rei facere ſi modò eiuſdem notarij manu perſcripta ſint. Allegat Barto. ĩ l. In fraudem §. Sicut. de teſtam. milita. ¶ Mihi verò magis placet prior ſentẽtia. Nam Barto. in. d. §. Placet, non loquitur in terminis. Ioan. And. in addit. Specu. in d. §. Oſtẽſo. Nam dicit Barto. quòd Notarius lacerarat ſeu cancellauerat inſtrumentum, & in margine dixerat, non debuiſſe lacerari, quòd tunc valebit inſtrumentum: nimirum quia ſuam lacerationem emendat, quod voluntate partium nõ fecerat. Sed Ioan. And. loquitur, Quando notarius ſcribit ad marginem, laceratum volẽtibus partibus. Tũc enim verba illa, ſine die & Con

Hoc eſt notatu digniſſ.

Notarius nõ poteſt atteſtari de apoſtillis & additionibus ĩ margine poſitis.

ſule ac teſtibus, nulla fide auctoritatéque prædita ſunt. Atque huic Io. And. ſentẽtiæ ſubſcribunt omnes docto. Ang. Conſil. ſuo incip. Titius vt hæres. Paul. Caſt. Conſil. 36. incip. Dubium facit. Butri. & Immol. in cap. j. circa fi. de fid. inſtru. Bald. in l. Si præſes circa fi. C. Quomo. & quan. iud. Nam litura, & laceratio ſeu cancellatio, ſecundùm adiectã lacerationi cauſam conſideratur & conſtitui ſolet. Barto. in l. Acta. §. j. de re iudi. Bald. in d. l. In fraudem. §. j. Quo loco tandem concludit tabularum ſeu inſtrumenti breuiarium atque extipiſcium debere confici, vel vt dicunt, extrahere, etiam ſi laceratio adſit aut litura, aut prædicta verba ad marginem inſtrumenti adpoſita, quæ parti damnũ non adferant, néue noceant: quia abſque cauſſa cenſentur. l. Cancellauerat. ff. de his quæ in teſtam. delen.

Cancellatio inſtrumenti regulatur ſecundùm cauſam cancellationi adiectam.

¶ Quod autem dixi ſuperiori axiomate Cãcellationem vel ſcripturam interlinearem, tabulas ac Syngraphas ſuſpecti nota afficere, notario ſcilicet non comprobante, id equidem [illegible]gendum cenſeo, in ea inſtrumenti parte, quæ caput totius rei, ſubſtãtiámque cõuentionis & pactionis reſpicit: tunc enim ſuffugij locus erit ad rei ipſius ac negotij veritatem, quæ iterum iterúmque roganda eſt. l. fin. cum gloſſ. & ibidẽ Bart. & Docto. C. de edic. diui adria. tol. Bal. in l. Si vnus. C. de teſtib. Gloſſ. in cap. Cũ venerabilis. de rellig. domi. Innoc. & Docto. in cap. Inter dilectos, ext. de fide inſtru. & docto.

Si eſt cancellatio vel interlineatura recurrẽdum eſt ad examẽ veritatis.

in cap. Ex litteris. eo titu. in cap. fi. de crimine falſ. & in cap. Cũ olim. le. 2. de priuileg. Specu. titu. de reſcrip. pu. .§. Primo igitur. verſ. Item excipimus contra inſtrumentum quod eſt cãcellatum. & titu. de inſtru. edit. §. reſtat. in prin. Iacob. Butrig. in Authen. Si quis in aliquo. ad fi. C. de eden. Bartho. in l. j.. §. fi. ff. de bo. poſſ. ſecun. tab. & in l. 2.. §. j. ff. Quemad. teſta. ape. Bal. in l. Si veritas in prin. & in l. fi col. 2. C. de fidei cõmiſ. & ĩ l. j. C. vt in poſ. lega. Et in l. j. ff. de his quæ in teſta. delen. Et ibidem Immola nõnihil ſcribit. Quibus in locis elegãter traditur. Qualiter interlineare ſcriptum, Raſura, & laceratio ceu cancellatio inſtrumenti afficiat ſuſpecti crimine ipſas ſyngraphas & perſcriptiones, conuentorum pactorúmque: & quem ad finem deueniat quémque ad effectum hæc falſiſuſpitio præſumpta.

¶ Adde tu quoque elegans Barto. teſtimonium in l. j. de fide. inſtru. quo loco ſcribit, ſi penes aduerſarium inſtrumentum meum reperiatur, cum ego, vt ederet, apud iudicem appellarem, in quo quidem inſtrumento raſura aut cancellatio comperta ſit, qua totius rei & negotij caput, pactiq́; ſubſtantia continetur, hoc tabularum fidem auctoritatémque minimè labefactare: hac vna quippe ratione permot⁹, quòd non præſumatur ab eo factum, ad quẽ ſpectat, ac cuius maximè intereſt, neque eius mandato. Allegat hoſti. & Ioã. And. in Nouel. in cap. Accepimus. ext. de fide inſtrumen.

Hoc maximè notandũ & animaduertendum à pragmaticis.

Aphoriſ. 97.

¶Licet nobis perinde obire executionem inſtrumenti quo aliquid tacitò pacto, atque illius quo nominato & exp̃ſſo cauetur. Qua de cauſa, licebit inſtrumentum confeſsionis dotis perinde exequi, ac ſi nominatim & expreſſè promiſſa foret reſtitutio, ſecundùm Barto. in l. j. §. j. C. de rei vxoriæ act. Idem ſentit Bal. in l. Idẽ vbi adducitur. ibi. Aduerte. C. de iur. dot. dicẽs quòd quandocunque in inſtrumento poſſumus aliquid taciti ex nominato & expreſſo, colligere, id nominatim atque expreſſè cautũ cenſeri neceſſariò debere, nec minori auctoritate præditum quàm ſi deſcriptũ apertiſſimis verbis eſſet. Quemadmodum in tacita hypotheca pro dote, quæ ſolet mandari executioni. In eadem eſt ſententia Bal. in l. Ad probationem la. j. C. de proba. & in l. j. C. de fideicom. Immola in l. j. Solu. mat. Eſt enim communis omnium ſententia, præſumptam ſtipulationem, vel pręſumptionẽ, quæ ab expreſſo exigitur & reſultat ſtatim exequi poſſe, ſecũ. Bar. Bal. & Immolã plenè in l. j. ff. de his quæ in teſta. delẽ. Bal. & moder. in l. Si duo. §. Marcellus. ff. d. iureiur. Et in hanc ſanè opinionẽ omnes vno orę ſubſcripſerunt, à qua ne latum quidem vnguem recedere fas eſſe Ludo. Roma ſcribit Conſil. 175. Sícque ſentit Angel. Aret. in §. Fuerat. Inſtitu. de act. Quo loco latè & diffuſè tractat hoc ſcriptũ in inſtrumento deberi accipi quod ὡς ἀληθῶς & re vera in ipſo inſtrumento continetur.

Inſtrum. mouetur executionem in tacito ſicut in expreſſo.

Licet ſtatutum prohibeat probari contra inſtrumen. niſi per aliud, tamen contra præſumptionem poterit probari.

¶ Quo fit vt aliud eſſe dicamus id quod re vera & apertè in tabulis & inſtrumento continetur: aliud, quod tacitè & præſumpta ſuſpitione ex verbi inſtrumẽti colligitur & reſultat. Quapropter, tametſi ſtatuto prohibeatur inſtrumenti fidem & auctoritatem aduerſo teſtimonio labefactari, præter quàm alia inſtrumenti auctoritate, tamen contra præſumptam ſuſpitionem teſtificatio ac probatio admitti ſolet. per tex. ſecúdùm Bal. & Ang. & ibi poſt gloſſ. in l. Iuris gentium. §. ferè de pact. Idem Barto. in l. Quicũque C. de apoch. publ. lib. 10. Gloſſ. Ang. & Immol. in l. reos. §. Cum in tabulis. ff. de duob. reis. Gloſſ. in l. j. C. de contrahen. & committ. ſtip. ita But. Barto. & docto. in l. Generaliter. C. de non numer. pec. & ibi per Bal. & per Cyn. in l. Optimam. C. de contra. & committ. ſtip. Bal. in l. j. C. plus vale. quod agi. Videmus enim in teſtamento ſcripto errorem probari poſſe, per tex. ſecundùm Cyn. in l. Error. C. de teſtam. Ang. in l. Quotiens. de hæred. inſtitu. in prin. Hócque ſemel atque iterum confirmatur à Bartolo & Immola latiùs in l. j. ad princ. de his quæ in teſta. delen. Bal. in l. i. §. fi. C. de rei vxo. act. per illum tex. in l. Vbi adhuc. C. de iure dot.

Aphoriſ. 98.

¶ Sed quid ſi inſtrumenta verbis obſcuris pactorum concepta & non liquidata ſint, an exe-

cutioni poſsint demandari, ſi ea inſtrumenta ſtatuti præſcripto executionem repræſentant. Et videtur poſſe. Iudex enim in exequẽda ſententia liquida faciet. Barto. Bal. & docto. in l. j. de lega. 2. Barto in l. 2. ff. iudi. ſol. & in l. j. ff. de euictio. in l. Proinde. ad leg. aquil. *Inſtrumenta nõ liquidata & tamẽ habentia paratam executionem.*

¶ Videtur contraria ſententia longè verior. Nam inſtrumenta ſub conditione & obſcuris concepta verbis, ante quàm aperta fiãt, executionem repræſentare nequeunt, neque (vt loquuntur) garentigiata eſſe. Eſt Baldi pulchra ſententia, in l. Si cum. C. de execu. rei iudi. maximè autem in inſtrumento ſub conditione. Bal. in l. Si quidem C. de except. in l. Certi condictio. ad princip. Si cert pet. in l. 2. C. de ſen. quæ ſiue cer. quan. Ego tamen priori opinioni lubens ſubſcripſerim. Licet enim ob debitum incertum fas non ſit trudi in carceres eum qui capite & fortunis cauit, etiam ſi auctoritatis & fidei publicæ ſit inſtrumẽtum & Syngrapha, ſeu authentica. Bal. in l. Apertiſsimi. ad fi. C. de iudi. nihilominus poterit id genus Syngraphæ executio à iudice rogari: & poſtmodum in ipſa executionis cauſſa, quod incertum & obſcurum eſt, liquidum planúmque fieri. Hoc ſentit Bal. in l. Etiam. verſ. Quia modò. de execut. rei iudi. Immola diffuſè. in l. fi. à quib. appel. non lic. Barto. in l. 2. C. de ſenten. quæ ſi. cer. quan. Idem Barto. in l. Defenſiones. de iur. fi. lib. 10, Raph. Cuma. & immol. *Executio inſtrumenti nõ liquidati poteſt peti, & in iudicio poſtea fieri liquidatio.*

in l.j.de lega.2.Bal.in l.De quib' de legib. hoc preciſè Paul.Caſt.in Conſ.291.incip.Viſo puncto.in fin.

Aphoriſ. 99.

¶Paria ſunt inſtrumentũ non eſſe ſolemne, & eſſe falſum.l.Iubemus. C. de teſtam. Ita Bald. in l. Super chirographis. C. Si cer.pet. aliâs. C.de reb.creditis.

Limitatio huius Sing.

¶Quod verũ accipe eatenus quatenus ad probandi facultatẽ attinet,nõ ad ſanciendũ atque animaduertendũ facinus. Nemo enim ob falſi crimen pœna plecti ſolet,niſi cauſis à lege nominatis & expreſsis.§.Quia verò Leonis. Authen.de non alien.Vnde fit vt Superior iudex talem probationem admittens,non ſolùm litẽ faciat ſuam,ſed & teneatur edicti,Quod quiſque iuris ſtatue. Alleg. Innocen. in cap. Cum venerabilis.ext.de except.

Aphoriſ. 100.

Nota de duobus inſtrum. eiuſdem rei & dattæ ſeu dies.

¶Si duo proferantur inſtrumẽta aut teſtamenta,nec ſatis comperiatur vtrum eorũ prius poſteriúſve factum fuerit,ac cuius dies ſuperior, cuius etiam inferior, vtrunque ſanè caret auctoritate,nulliúſque eſt momenti.Barto.in l.j. ff.de bono.poſſ.ſec.tab.

Aphoriſ. 101.

¶Permulta ex vſu & ſtilli conſuetudine, per-

ſcriptores pactorum conuentorúmque ſeu notarij ſolent in Syngraphis ac inſtrumentis inſerere, quæ tamen contrahentium mentem ſenſúmque effugiunt. Barto. in l. j. de iure codicillo. Similiter & Bald. in l. Quotiens de hæredi. inſtituen. in illa quæſtio. Fuit inſtituta Eccleſia in ſolidos quinque. Sic Notarius ſcribens mulierem renuntiaſſe iuri ſuo, & pactioni ſacramento confirmatę nunquam contrauenturam, maximè ex cauſſa læſionis, nihil efficit aduerſus mulierem quod ad iuris ſui iacturã pertineat. Caſſa enim hæc ſunt verba & irrita: vt quæ non ex voluntate contrahentium, ſed ſcribendorum contractuum vſu quodam ſolito & vulgari perſcripta ſint & concepta, lite à contrahentibus minimè compræhenſa. Ita Do. Anto. in cap. Cum contingat. de iureiuran. Idẽ quoque cenſebitur de Notario qui inſeruit clauſulam non impetrandæ veniæ reſtitutionis in integrum. Do. Anto. & Panor. in cap. Quintauallis de iureiuran. Panor. in d. cap. Cũ contingat. Hæc tractat Barto. in Conſil. incip. Lappus. Et alio Conſil. incip. Quidam fecit teſtamentum.

Notarii ſcribũt ĩ inſtrumentis multa quæ ſunt magis de ſuo ſtillo quàm de mente partium.

Iuriſdictio.

Aphoriſ. 102.

IVriſdictio eſt fundamentum iudicij. Innocen. in cap. Cũ innotuit. de eo qui furt. ordi.

ſuſcep.Bal.in l.j. C.de ſenten. ex breuic. recit.

Aphoriſ. 103.

¶Ordinaria quippe iuriſdictio quam rectiùs perpetuam & iuſtam appellaueris)longè potiori auctoritate eſt ſubnixa,quàm recuperatoria demandatáque ſeu delegata.gloſſ.not. in cap.j. de pactis lib. vi. Eſt & fauorabilior Ludo. Conſ.197.Panor.in cap.fi.de præſumpt.Gloſſ. in cap.Si contra vnũ.§.j.de offi. delega. lib. vi. Quæ quidem iuriſdictio ordinaria tãtæ eſt dignitatis,vt dari non poſsit niſi à principe, aut ab Vniuerſitate,vel Cõſuetudine. vt not. Ludo.Roma.Conſ.378.

Ordinariæ iuriſdictionis dignitas & authoritas.

Aphoriſ. 104.

¶In iuridicialib' negotiis ſemper Superioris poteſtas & auctoritas ſeu dignitas excipienda venit,& intelligitur excepta. Nihil enim ſine eius auſpitiis & ductu in ipſa iuriſdictione poteſt probè exerceri:cum in eo reſideat poteſtas omnis & ſuprema auctoritas conſtituendi iudicij,ab ipſa quidem iuriſdictione nunquam diſcernenda.Ac denique liberum ſit illi omnes alias inferiorum iuriſdictiones inducere & circunſcribere. Bal.in l. Qui ſe patris. C. vnde libe.Vnde Dominus qui caſtro cuidam ius conceſsit ineundi auctoramenti iure clientelarum, præſtandíque obſequij patrono,non poteſt primum inter clientelaris & beneficia-

Poteſtas ſuperioris à Iuriſdictiõe eſt inſeparabilis: ideò ſemper in iuriſdictiõalibus intelligitur reſeruata.

rij illius caſtri accolas & incolas iudicium pro poteſtate ſibi arrogare. Competunt enim iura vtilia beneficiario homini & clientelari, idq́; cum vtilitatis effectu: præfertúrque domino prædij ſuperioris directa habenti. Bald. in l. j. verſi. 93. quæro. ff. de re. diuiſ. Not. Specu. & Ioan. And. í addit. Titu. de iuriſdict. om. iud. verſ. Quæ autem meri imperij ſunt. Quo quidem loco concludit, in donatione ab imperatore Romanæ Eccleſiæ facta meri imperij, nihil penitus iuris imperio reliquũ feciſſe ipſum donantem imperatorem. In quoquidẽ ſentiendum aliter eſſet, ſi inferiori alicui eccleſiæ, aut alij laico donatum fuiſſet. Licet enim merum mixtúmque conceſſerit imperium: excepta tamen intelligitur ſuperioris poteſtatis auctoritas. Hoc recitat Ange. in l. j. §. Qui mandatam de offi. eius cui mand. eſt iuriſdi. Qua ratione Bal. in additione ad Specu. loco iam citato, ſolum Imperatorem & Papam habere merum liberúmque imperium. Inferiores verò legibus conſtrictum, quibus nominatim conceſſum fuit: meri ſcilicet imperij exercitationem: non autem ſupremam illud ius poteſtatis quod à Græcis appellatur ἀυτοκράτωρ δύναμις De qua re luculenter ſcripſimus in Commentariis noſtris ad Statuta municipalia præfecturæ Turonẽſis. Titu. Des droictz de baſſe Iuſtice ad rũbricam. Ad hanc rem facit quod Bart. ſcripſit de Venetis, in l. hoſtes de capti. & poſtlim. reuerſ.

Infeudãs Caſtrum nõ cognoſcit de primis cauſis ruſticorũ caſtri infeudati. Quia feudatarius iura habet vtilia cum effectu vtilitatis & præfertur domino habenti directas.

Solus Papa & imperator, habent merum imperium.

Commentarii in Conſuetudines Turonenſes à Ioan. Brechæo editi.

Iudex.

Aphoriſ. 105

Iudices habentes generale & plenũ arbitriũ ſuper ſtatu ciuitatis, nõ poſſunt tolle reſtatuta ſpecialiter edita quamuis poſſent facere nouã prouiſionem.

IVdex ſummus, qui plenam liberámque in rebus ciuitatis poteſtatem habet, nequit inducere atque antiquare ſtatuta ſpecialia: tam & ſi noua poſsit condere. Sed hoc quidẽ locũ habet niſi noua & inopinata cauſſa inſurgeret, & fortuitò emergeret. l. j. Verſi. Et ſi quæ earũ cõſtitutionũ. C. de no. Cod. compo. Singularis & paradigmatica ſpecies facti eſt in l. Si hominem. ff. Mandati. vbi Cognitor cui generatim atque vniuerſè mandatum eſt, ſeu generalis procurator, poteſt mutare mandatoris præſcriptum, ſi modo ſuperfuerit cauſſa aliqua iuſta ac legitima cur id ageret. Sic Epiſcopo licet vel augere, vel imminuere pœnam à D. S. P. irrogatam. Gloſſ. eſt ſingu. & not. in cap. Tempora pœnitudinis 26. cauſ. quæſt. 7. Idẽ ſcribit Bart. in l. Ambitioſa. de decret. ab ordi. fa. Bal. in l. Omnes populi. de iuſti. & iure.

Limit. Niſi aliqua noua cauſſa & nõ conſiderata emergeret.

¶ At ſi clerici. §. de adulteriis de iudi & in cap. ſi, de Conſuetud. Idem Bald. in l. Quid ergo P. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. Quo loco Barto. laudat & allegat dicentem, Poteſtatem ex noua cauſſa ſuperueniente recidere peſſe à ſtatuto pœnali, Idem Ludo.

Rom. Conſ.370. incip. Viſo puncto ſuper narrato. vbi concludit quòd legatus à latere non poteſt condere conſtitutiones antiquis diuerſas, niſi ſolemnes obcauſſas, recentes, & inopinatò ſurgentes. Et mouentur omnes prædictæ gloſſ. & doctores, per d. l. Si hominem. Vide Panor. in cap. Studuiſti. de offi. delega. Alex. in rub. de offi. eius &c. & in l. j. eod. titu.

Aphoriſ. 106.

¶ Tenetur iudex verſipellem ac calumnioſam actoris intentionem circunſcribere, petitioníſque libellum lacerare, Innocen. in cap. j. de off. vic. Bal. in l. j. C. ſi de momē. poſſ. fue. appel. Tex. ſecundùm lectionem Azonis & Bartoli. In l. Vbi pactum. C. de tranſact. Gloſſ. in l. Qui cum maior. §. Quòd ſi in patris. de bon. libert. Tex. in l. Sicut. C. de paga. *Petitionem calũnioſam debet Iudex lacerare.*

Aphoriſ. 107.

¶ Quamuis ſeipſa & ſui naturâ legitima ſit intentionis actoris depulſio, ſeu rei exceptio, ſi tamen iudex vehementer præſumit ſuſpicatúrque verum non eſſe, & iudicio morãdo atque protelãdo ipſe reus incumbat, poteſt & debet iudex eam exceptionem reijcere nec admittere reum, etiam quantumlibet prouocatorem, néve talium prouocationum minas magni facere. Non enim procuratoris appellatio ſine teſtimonij auctoritate iuſta cenſeri debet,

& niſi veritate exceptionis comperta. cap. Interpoſita. ext. de appella. Hæc quidem fuit memoratu digna ſententia innocentij in cap. Poſt electionem ext. de conceſſ. præben. Hoc quoque recitat ſequitúrque Panor. in cap. Paſtoralis. §. Quia verò. & cap. Ex parte tua ext. de offi. delega. do. Anto. & Immol. in cap. Cum cõtingat eo titu. Idem Panor. & Anchar. in cap. Licet cauſſam de probatio. Quo loco dicitur, quòd ſi iudex ſuſpicetur dilationem peruerſè peti & ſiniſtrè à reo vel actore, poteſt vſque ad ſententiam procedere: quæ quidem ſententia non prius circũſcribetur & antiquabitur prætextu appellationis, quàm depulſionem exceptionémque ſuam reus veritatis auctoritate approbauerit. Sed & poterit Iudex litigantis calumniam & improbitatem ſuſpicatus & præſumens, pœnam duplicare calumniæ. Sed hæc in ſummo iudicantium ordine accipiẽda ſunt, quibus omnia pro poteſtate licent. Inferioribus autem iudicibus, obnoxio & legitimo iudicatu fũgentibus id nephas fuerit. Tex. in cap. Licet cauſſam. de probationib. in verb. exceptionem. vbi non licet iudici à iuris tramite recedere. Ita ſentit Pet. de Anchar. illum tex. reclamare opinioni Innocẽ. Niſi dixeris permultis fuiſſe perſuaſum exceptionem illam perperam & iniquè, nec abſque dolo oppoſitam. Et tamen non vult ibidem Papa à iuris via deflecti. Secus autem dicẽdum foret, ſi Papa ipſe hanc exceptionem animaduertiſſet minus cã-

Appellatio non iuſtificatur niſi approbata exceptione.

Limitatio ad prædicta

didè conceptam,& nõ aliò verſum quàm diffundendi diei & producendi iudicii gratiâ. Etenim,vt excipiẽtem talem reijciat,in ſua eſt poteſtate poſitum. Sic igitur comprobanda fuerit Innocen. ſententia & opinio defendenda. Debent ea de cauſſa Iudices medicorum morẽ imitari,qui omnia ſecũdùm artis conſtitutionẽ tentant & perficiunt:ideſt ſecundùm legum & Conſtitutionum ſanctionem iudicare & inter ligantes ſtatuere. Aliâs enim puniendus venit. Bal.in l.2.C.de ſenten.ex breuicu.recitan. *Iudices debẽt Medicos imitari.*

¶ Ex quo quidem efficitur,vt poſsit ipſe iudex pœnam delicti vel augere vel imminuere ex cauſſa. In quã rẽ eſt Gloſſ. ſingul. in l. Hodie. ff.de pœnis.in Gloſſ.vlti.quã approbat Panor, in cap.De cauſſis ext.de off.deleg.Per Hyppo. de Marſ.in Singu.182.ĩcip.Iudex nõ debet.&c. *Poſſunt Imminuere vel augere pœnã ex cauſſa p cõſuetudinẽ.*

Aphoriſ. 108.

¶ Iudici contumeliam facienti & iniuriam nõ obſeruato iuris ordine,poteſt impunè reſiſti facto ipſo.Ioã.And,in cap.Dilecto.de ſentẽ.exc. in vj.per illũ tex.Barto.in Extrauag.Quoniam nuper.in verb.rebellando. Bal.in l. Addictos. C.de epiſ.audiẽ.Barto.in l.Cõtra iura.C de exceptorib.& exacto.lib.12.l.Prohibitũ.C.de iur. fiſc.lib.10.Angel.in l.Si quis in tantam. C.vnde vi.Paul.Caſt.Conſil.282. In facto præſenti. ad fi. Quo loco cenſet, Principi ſubditos ſpolianti abſque cauſſa nulláque ratióne,poſſe reſiſti. Eiuſmodi nanque princeps non paſtor ſed lupus debet cenſeri. Et iudex talia *Iudici quãdo reſiſtẽdũ, impune.*

ſaciens non dicitur tunc iudicis perſonam induere, ſed priuati.

Aphoriſ. 109.

Index eccleſiaſticus. eſt competēs laico & eccleſiaſtico ſimul quando debent hi duo vnà conueniri & dubitatur corā quo iudice ſit vterque conueniendus.

¶ Si Duo fratres in ius vnà vocandi ſunt, quorum alter ꝓphana, alter verò eccleſiaſtica cenſeatur conditione iudicem pontificium adeundum eſſe. Bald. ſcribit in l. Pomponius in fi. C. de appella. Dignior enim cauſſa, minus dignam ad ſeſe attrahit. Idem Bald. in l. 3. ad princip. C. Commu. vtri. iudi. Sed expendas diligenter oportet, Bald. in pari numero verſari. Secus autem ſi eſſet citādorum diſpar numerus. Tunc enim ad iudicem potioris numeri citandorum eundum foret. Etiam ſi illorum alius eccleſiaſtico priuilegio cenſeretur, & ius ſacroſancti verticis vſurparet. Bald. pulchrè. in l. Edicto. verſic. Sed hic quæritur. C. de edic. diui Adriatol. Barto. in l. l. j. §. fin. de colleg. illici. Bald. in Authen. habita. Verſ. Tertio caſu qui eſt vniuerſit. permixta. C. ne fil. pro pa. Panor. poſt Gloſſ. in cap. j. de locato. Immol. in cap. Ex litteris ext. de conſtitu. De quo videtur nonnihil dubitare Geminia. in cap. Si duo. de offi. delega. Ille tamen ad Bartoli ſententiam redit.

Aphoriſ. 110.

¶ Si iudex tenetur ex forma ſtatuti ſub pœna, cauſſam intrà menſem terminare, non eſt propterea quòd fas ſit illi tanquam imperio non

parenti

parẽti mulctæ ſanctionib' indictæ irrogationẽ ſtatim dicere,neque incidit in pœnã: niſi fuerit interpellatus à parte litigante, cuius interfuit maximè litem ipſam explicatum iri. Do. Anto.& Panor.in cap.Venerabilis ext.de iudi. Sic debet iudex mulctare contumacem qui iudicio non paruit:vel ob multos menſes rei diſceptandæ exemptos.l.Sãcimus.C.de iudi.Sed hoc procedit,ſi à litigante poſtulatum fuerit. Gloſſ.ſingul.in cap.fi.ext.de reſcript.Similiter & gloſſ.in l.Mora.ff.de vſur.Adhanc rem facit pulcherrimum dictum Bal.in l. Et ſi poſt treis verſicu.Iuxta hoc quæritur. ff. Si quis cautio. Vbi qui promiſit ſub pœna per filium ratum gratúmque futurum quod ab eo geſtum eſt,ſimul atque legitimos ætatis annos impleuerit, hic tametſi minimè idipſum præſtiterit, cum non fuerit interpellatus,in pœnam non incidit.Idem Bal. in l. Magnam. C. de contrahen. ſtipul.Et hac ratione mouetur,quòd videlicet dies incerta vim conditionis obtineat:neq; ſólet interpellare.Sic licet iudices iuri ſecundùm leges & æquitati ſtatuẽdæ ſedem relligionémque verbis ſuis obſtrinxere iureiurãdo, niſi rogati & interpellati fuerint,non cẽſebuntur iuſtitiæ ſacris negligenter operari. Cardi. & Panor.ĩ cap.Cum ſit generale de fo. compe. Debent igitur rogari atque interpellari. Bald. in cap.j.§.Iudices.de pace iuram.firman.

Contumax mulctandus ob retardatũ iudicium.

Interpellatione opus eſſe vbi dies incerta vel conditio apponitur.

Licet iudices iurauerĩt iudicare ſecundùm leges vt in Authen. iuſiuran. q̃ præſta. ab his.col.2. tamen non dicuntur negligentes in exhibenda iuſticia,niſi fuerint interpellati.

Aphoriſ. III.

¶ Si proponatur exceptio, quòd demandatus

Si opponatur exceptio incompetentiæ iudicis delegati.

iudex ſit iuriſdictionis impos, pro nullo habendum erit iudicium, niſi ſe iuſtum iudicem ſeu competentem pronuntiauerit. Gloſſ. multum à Butrig. & Geminiano commendata in cap. Cum in multis, de pactis lib. vi. Sed & longè plura dicunt, videlicet quòd Gloſſ. in cap. proxi. eo titu. voluit quòd quamuis iudex qui demandatam habet iuriſdictionem, ſeu delegatus, iudicio ſtatuerit procedendum eſſe ad vlteriora (vt eius verbis vtar) ſi iuſtum ſe & cõpetentem non pronuntiauerit, nullius momenti erit iudicium nulliúſque proceſs᷒. Nam illa verba, Procedendum ad vlteriora, nulla facultate ſtatuendi de iuriſdictionis auctoritate & pronuntiandi ſuper competentia, prædita cenſentur. Iudex enim cui vnius tantùm cauſſæ iudicium demandatur, non eſt in poſſeſsione demãdatæ ſibi iuriſdictionis & delegationis ſuæ: niſi cumprimùm pronuntiauerit iuſtum ſe & competentem iudicem, ac in ea cauſſa iudicióque vlterius progrediendum & pergendũ ſeu procedendum eſſe. Ita Bal. in l. Si arbiter. C. de ſenten. & interlocu. om. iud.

Iuramentum.

Aphoriſ. 112.

IVramentum propriè non eſt probatio, ſed releuatio ab onere ꝓbandi, Ioan. And. in nouel. in cap. Bonæ memoriæ ext. de elect. quẽ citát Bal. in cap. j. §. Porrò in titu. Quæ fuit

prim.cauſſ.beneſ.amitt.Idem Bal. in Authen. Sed nouo iure.C.Si cert.peta.In rub.C.de proba.Idem quoque Panor.in rub. & cap. Quoniam contra falſam.ext.de proba. Adde quòd iuſiurandum eſt quaſi probatio, ſeu loco probationis.Bal.in cap.j.§. Si quis de controuerſ. inueſti.in cap.Si vaſſalus.Si de feu. fue. cõtro. in l.j.C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profe.Plenè in cap.Si ſacerdos.de offi.ordi.

¶Adde quòd iuſiurandum ecclypticæ probationis vicarium non ſolet offerri in cauſsis maioribus & paradigmaticis ſeu ad momentum pertinentibus. Docto.in l.Bonæ fidei de reb. credit.C.& in l.Admonendi de iureiuran.

Iuramẽtum in ſupplementum probationis quando deferri debeat.

¶Quod ſanè verum eſſe fatendum fuerit, niſi ex parte actoris ſemiplenè ꝓbatum foret. Tũc enim poteſt deferri iuſiurandum,etiam ſi cauſſa ſit maximi momenti.Panor. in cap. Mulieri. ext.de iureiuran.ſecundùm ſcripta in cap. fin. .§.fi.ext.eo titu.Et in eadem eſt ſententia Alex. de Immol,Conſ.264.incip.Viſo ꝓceſſu.2. volu.Hæc tamen paſsim in decuriis regni francorũ nulli⁹ ſunt auctoritatis, penitúſque antiquata longo vſu Curię ſupremæ Pariſiorũ,neque exerceri ſolent.Sed vulgò obſeruatur,Actore non probante reum,etiam ſi nihil ipſe præſtiterit, abſoluendum. Cuius me rei admonuit Do.Ioannes Gillotus Briennenſis iuris profeſſor exmius & Aduocatus in Curia primi nõis peripateticas diſputationes in obambulationi-

Iuramen. in ſupplementũ probationis non habere locum in regno Frãciæ.

bus, dum baſilicanis familiari colloquio tractaremus. Quod ſæpe à nobis fit. Magna nanque cum illo, mihi multos iam annos intercedit neceſsitudo.

Do. Ioannes Gillotus Briennenſis.

Aphoriſ. 113.

Iuramen. Calumniæ non exigitur nec eſt de ſubſtã ubi non eſt quæſtio facti ſed iuris & nõ requiritur probatio, vel cum proceditur in confeſſum.

¶Nunquam rogari ſolet iuſiurandum calumniæ, nec eſt de ſubſtantia, vbicunque lis auctoritate teſtimonij non eget, vel in notorijs (vt loquuntur), vel cum anquiritur in eũ qui faſſus eſt, aut vbi cauſſæ ſtatus iuridicialis non eſt ſed coniecturalis, cúmque facti non eſt ſed iuris controuerſia, cui teſtificatione non eſt opus, Bal. per Tex. ibi in l.j.C.de iuramẽ. calũ. Vt de Notorio idem Bal. ſcripſit in l.Si verò .§. Qui pro rei qualitate. ff. Qui ſatiſda.cog. Quod quidem ad multa notabis.

Aphoriſ. 114.

Iuramẽ. habet vim clauſulæ derogatoriæ ad ſequentia.

¶Iuſiurandum habet vim clauſulæ derogatoriæ ad ea quæ ſequũtur. Ioan. And. In Mercur. in cap. Quod ſemel in fi. de regu. iur. lib. vj. Barto. in l. Omnes populi in 3. quæſt. principali. verſus fi. de iuſti. & iur. in l. Si quis in principio teſtamenti de lega. 3. ad fi. per Tex. ſingul. in l. Cum pater .§. filius matrem de lega. 2. Vbi iuramentum vim habet clauſulæ codicillorũ: ſeu quòd valeat actus meliori modo quo poſſit, ſecundùm Barto. & Bal. ibidem quoque Barto. & Ange. in l. Si quis pro eo. ff. de fide-

Derogato. codicillorũ.

iuſſ.Bal.In rub. ext. de conſtitu. Habet etiam vim clauſulæ ſpecialis derogatoriæ, primæ clauſulæ teſtamenti. Bal. pulchrè in l. Sancimus.in prima fallen.C.de teſtamen. Cui etiam ſubſcribunt Fulgoſ.& Paul.Caſtren.

¶Habet item Iuramentum vim ſpecialis renũciatiõis. Atque vbi generalis renũciatio nõ eſt ſatis, habet vim caſus expreſſi. Ita Bal. in l.j. commoda. per tex. in. l. Cum pater. §. filius matrem delega.2.Et multùm commendat Ludo.Roma.in l.j..§..Si quis ita. de verbo. oblig. Nunquam tamen iuramẽtum extendit, auget, ſeu ampliat,diſpoſitionẽ naturam ſeu interpretationem verborum:licet adiiciat robur ad cõceſſum. Barto.in l.Sed ſi quis.§.Quæſitum.ff.Si quis cautio.Bal. clarius.in l. Si procurator. de condi.Indeb.

Vim habet ſpecialis renunciationis & caſus expreſſi.

Aphoriſ. 115.

¶Quandocũque in alienatione rerũ mulieris, & minoris, lege ac moribus, parentũ cõſenſu eſt opus, ſeu quãdo ſtatuto prohibetur cõtractus minoris & mulieris,ſine auctoritate parẽtum,& ſic in perſonam concepta eſt prohibitio,iureiurando non confirmabitur cõtractus. Ea eſt Bartoli ſententia in l. Si quis pro eo.ff. de fideiuſſ. Bal.in l. Non dubiũ. C. de legib. Bal.pulchrè in l.2. C.de reſcin. vend. Quo loco aſſerit talia ſtatuta æqui boníque præſcri-

Statuta quibus renũtiari poteſt etiã cum iureiurando, eſſe æquiſ. Quod not. pro mulieribus quæ renuntiant Velleiano. &c.

pto cenſeri debere, quæ eiurare etiam ſacramento quis poſsit. Facillimè etenim mulieres, minoréſque minis, pollicitationibus, perſuaſionibus, blanditiarum illecebris, atque id genus technis & artibus adducuntur. Tex. in Authen. Vt immobilia antenupt. §. Et ſi conſentiat. Idem quoque Bal. in rub. ff. de iureiuran. quòd (inquit) vbi forma ſolemnitatis deficit, nullius erit auctoritatis iuſiurandum. Cum deficiente forma, deficere cenſeatur ius commune & obligatio naturalis. Allegat l. j. de cõſtitu. pecu. Vide verba Bal. in l. Ad executionem. C. de dot. prom. Et in d. l. Mater. ad fi. C. de rei vendi. & in l. j. verſi. Aequè quæritur. C. Qui admitti. &c.

Vide. ſupra. nume. 83.

¶ Simile etiam ſcripſit Barto. in Conſil. incip. Minores 25. annis. vbi ſentit non licere renuntiare iuri imbecillitatis gratiâ introducto. Si enim contrahitur vẽditio, aut aliquod aliud pactũ ineatur, cui præfuerint cõſanguinei, proximiores, atque adeò neceſsitudinis iure coniũcti, nihil eiuſmodi contractibus & pactionibus fraude dolóue admiſſum cenſebitur. Bal. in l. Vnic. circa medium. C. de confeſſ. Nota. in l. Tranſactione per Barto. Saly. Bal. C. de trãſact. Quo loco dicunt, Talia ſtatuta ad tollendã dolì vel metus præſumptã ſuſpitionẽ, eſſe ſatis. Not. etiam Bal. in l. 2. C. de adoptio. Ange. in l. Quæro. §. fi. de edili. edic. Eſt igitur Barto. & Baldi ſententia, eiuſmodi ſtatutum quod ſuſpi

Cõtractus factus in præſentia proximorum non præſumitur fraudulenter celebretus.

catur aut præſumit dolum, efficere vt iuſiurandum non valeat, tanquam dolo ac fraude præſtitum, ſecundùm Barto. in d. l. Omnes populi. Immò ſi ſtatuta ipſa dolum nequaquam ſuſpicarentur & præſumerent, ſed loci & regionis illius homines eſſent naturâ ad fraudes dolóſque excogitandos proni ac dediti, vel qui ſæpe conſilio exortem minorum ætatem captiuinculis & circumſcriptionibus opprimere ſoleant, valerēt nihilominus ſtatuta inducentia antiquantiáque iuſiurandum dolo præſtitum, vt quę ęquo & bono prędita, & naturali ratione videantur: ideo iuri minimè contraria. Sed conſilium eſt pro cautela, vt Statutum pręſumat de dolo ſeu, metu (ſic enim loquitur.) Et clariùs ipſe Bal. in d. l. Non dubium. Sic quoq; recitat Panor. Baldum ſcribere in Authen. Sacramenta puberum. C. Si aduerſ. vendi. Idem Barto. in l. Decernimus. C. de arbitris. Vide Alex. in apoſtill. in l. Si quis pro eo. j. ff. de fideiuſſo. Atque etiam Bal. Paul. Caſt. & Ange. in hanc ſententiam deſcendere aliquo modo videntur in l. fi. §. filiis. C. de bon. quæ libe. Et Ang. Conſ. 189. Incipiente Domina Catharina.

Statutū præſumens dolū operatur, vt iuramentum nullius ſit momenti.

Bona cautela.

¶ Aduerſus Bartolum in d. l. Si quis pro eo & in d. Authen. Sacramenta pub. contendit Federicus de Sen. & But. quos profert &

Contra Bar. opinionẽ in l. Si quis pro eo. de fideiuſſo. ff.

ſequitur Panor. in cap. Cum contingat ext. de iureiur. Quo loco ſcribit hanc Bartoli opinionem non placere Canoniſtis.

¶ Scribit quoque aduerſus eandẽ Bartoli ſententiam Ioan. And. in addit. Specul. titu. de ſententiis §. Vt autem. in addit. magna. Immol. & Panor. poſt. Butri. in cap. Cum contingat. Bal. in l. Pactum. C. de collatio. In Authen. Decernimus. C. de arbit.

Aphoriſ. 116.

De iuramento defuncti ĩ cõtractu præſtito, tenetur hæres, nec ab eo abſolui poteſt ſecun cõmunem opi. Docto.

¶ Non tantùm iuramentum præſtitum in contractu ſeruandum eſt, verumetiam, contractus ipſe iuriſiurandi relligione confirmatur. Atq; hæres tenetur auiti iuriſiurandi, neque eo liberari poteſt. Ita Immol. & Gemini a. ĩ cap. Quanuis de pactis lib. vi. Immol. in d. cap. Cum contingat. ext. de iureiuran. & ibidem Panor. Ioan. And. in d. cap. Quanuis. Qui omnes vno ore cenſent contractum iuramento firmari, & auctoritate præditum eſſe: háncque cõmunẽ eſſe omnium ſententiam. ſecundùm ius pontificium ſeu canonicũ Bal. Sentit idem. ĩ Authen. Si à me. C. ad velleia. Clarius in Authen, Adhæc, C. de vſur. alleg. Barto.

Aphoriſ. 117.

¶ Iuramẽtum, quia eſt acceſſorium, non confirmat contractum nullum & auctoritate labo

rantem. Bald. pulchrè in Authen. Siue à me. C. ad Velleia. Iuſiurãdum enim, quædã eſt quali tas. Sed & rei ſumma deſtructâ, quodcunque ipſi accedit, vnà corruit cum ipſa ſubſtantia l. j. & ibidem Bald. C. de condi. ob cauſ. Atqui eiuſmodi eſt Qualitatis natura, vt anticipata quadã notione, & veluti προνοίᾳ indicet ſubeſſe ſubſtantiam. Bald. in l. Ea quæ. C. de condit. indebit. Qua ratione nulli⁹ ἐνεργείας & efficaciæ iuſiurandum cenſetur, vbicunque deficit conſenſus. Bal. in l. fi. C. de nõ numera. pec. Not. Bal. in l. Vſuſfructus. ff. Solu. mat. Quo loco ſcribit Actus duplici facultate ſeu potentia cenſeri. Videlicet, virtute agentis, & aptitudine, & virtute patientis vel ſuſcipientis. Quia non operatur in patiente perperam diſpoſito. Quapropter tria in omni actu neceſſariò requiruntur. Voluntas, actus, & aptitudo: aliâs enim non diceretur diſpoſitio perfecta l. j. §. Ego puto. ff. de aquà quotid. & æſti. cap. Graue, & cap. Subordinata de præb.

Iuramen. eſt quædã qualitas & deſtructo ſubſtantiali, corruit accidentale.

Qualitas præſupponit ſubſtantiam eſſe.

Actus regulantur ſecundùm duplicẽ potentiam.

Aphoriſ. 118.

¶ Nonnunquam fit etiam vt Qualitas ſit ipſa Subſtantia longè potior & validior: vt quando Subſtantia ſuſtinetur à qualitate: videlicet contractus à iuramento. Verba ſunt Baldi in l. Sub prætextu. C. de hæredi. actio. Nam ex contractu quamtumuis inualido, oritur naturalis obligatio. Gloſſ. ſingu. in l. 3. C. de iur. & fa. ignoc

Qualitas eſt aliquãdo ſua ſubſtantia fortior.

Iacob. But. Quæſtio. diſputa. incip. Peruſina lege. Nihilominus tamen aduerſatur Ange. & Bartoli ſententia in l. Si non ſortem. ad princip. ff. de condi. indeb. vbi Statutum vetat cum minore contrahi ſine auctoritate vel ſolemnitate. Quod ſi quid contra fiat, non valere contractum. Nam ex contractu celebrato non ſeruatâ forma, minimè naſcitur naturalis obligatio. Barto. in l. Cum lex. ff. de fideiuſſo. in l. j. ff. de nouat. Bald. in i. Cum quis. ff. de iur. & fa. igno. in l. Non dubium in penult. quæſt. C. de legib. & Ioan. de immol. in cap. Cum cõtingat. ext. de iureiur. Sed hæc intellige vbi ſtatutum reſiſtit. Secus ſi prohibeat abſque decreto irritante. Atque in hanc ſententiam ſcribit Gloſſ. & Butrig. Super omnia vide Bald. in l. j. C. Si ſeruus exte. quo loco dicit hoc accipiendum, quando non obſeruantia ipſum actum vitiat & corrumpit.

Suprà num. 79. in verb. Forma. & nume. 115.

Aphoriſ. 119.

Si in articulo iuramenti an liget, reſultet probabile dubium & cauſa eſt eccleſiaſtica, iudex laicus eſt incõpetẽs.

¶ Vbi in capite iuſiurandi, dubia atque anxia quæſtio, an conſtringat, ex diuerſis, & ambiguis doctorum diſceptationibus, conflictúque rationum vtrinque pro captu ſuo altercantium, naſcitur, cauſſa autem ſit merè eccleſiaſtica, prophanus iuridicus eſt eius iuriſdictionis impos: quare reiicienda relegan-

dáque fuerit lis ad ſuum, id eſt pontificium iudicem. cap. Tuam. de ordi. cog. cap. Si iudex. de ſenten. excom. lib. 6. cap. Nouit de iudi. & cap. Cum ſit generale de fo. comp. Ioan. And. cap. fin. eo titu. lib. vi. Barto. in l. j. ff. de iuriſ. om. iud. & in l. Titia. ff. Solu. mat. Ita confirmat Panor. in d. cap. Cum contingat. 17. & 16. col. verſ. Vnum tamen non omitto ext. de iureiuran. Si enim concertatio anceps oriatur & dubium probabile, Iuramentum licitum ſit nécne, vel obſeruandum, eæ ſunt ſolius pontificij iudicis partes. Dom. Anto. in cap. fin. de fo. compet. lib. vi. in Gloſſ. 6. Et in cap. Cum ſit generale. 6. col. verſ. Tertius caſus de fo. comp. & in cap. Quanto de iudi. Ad hanc rem facit quod ſcribit Innocen. eleganter in cap. Venerabilem de electio. Quòd ſcilicet, quando δόκιμον & probabile dubium & quæſtio anceps fuerit, an aliquis iuſiurandi nexu laxari debeat, huiuſmodi laxamentum dari nequit niſi à ſummo Pontifice. Sed nec poterit quidem legatus à latere. Huic opinioni inititur Immol. in d. cap. Cum contingat. quo loco dicit id eſſe maximè notandum & memoria diuturna tenendnm. Idem, Specul. titu. de legat. §. Nunc oſtendendum. verſ. 29. Multis ſiquidem rationibus poſſunt iſta comprobari. Prima, quod iuſiurandũ ſit à iure naturali.

Quando eſt probabile dubium, An aliquis ſit à iuramẽto relaxandus, relaxatio fit à Solo papa.

Iudex ordi. nequit legẽ Papæ tollere.

cap. Et ſi Chriſtus de iureiur. Secunda, quòd non eſt in tranſlatitiæ iuriſdictionis ſeu ordinarii iudicis poteſtate poſitum, vt legẽ SS. D. Papæ intercipere aut omnino antiquare ſit illi liberum. Nota. in cap. Statuto. de hereti. lib. vj. Et Clemen. Ne Romani. de elect. Sed & amplius eſt loquutus Paul. Caſt. Conſ. 218. incip. Præſuppoſito, Papam inducere ac tollere non poſſe Authen. Sacramenta puberum. C. Si aduerſi. vendi.

Aphoriſ. 120.

Obligatus ad Factum tenetur tantũ ad intereſſe, Niſi iuramẽtum interuenerit: Et hæc eſt limita. l. Stipulatiões non diuidũ. & ſimil.

¶ Licet in obligationibus facti quis non cogagatur præciſè ad factum præſtandum, ſed loco obligationis facti ſuccedat obligatio pro eo quod intereſt. l. Si quis ab alio. ad fi. de re iudi. l. Stipulationes non diuiduntur & Ibidem latè & diffuſè Barto. de verb. obliga. Eſt tamẽ iſtud limitandum, niſi iuſiurãdi relligio interceſſiſſet. Nota. gloſſ. quæ incip. vt quia iuraſti in l. Si pecuniam. ff. de condi. ob cauſ. quam magnopere expendit Bal. in proœm, feudo. & in l. Sed & hę. §. Præter. ff. de procur. alleg. etiam l. Si quis maior. C. de tranſact. Idem, immol. & Panor. in cap. Veniens poſt do. Anto, ext. de iureiur. hoſtiẽ. ioan. And. immola, & Panor. in cap. Per tuas. ext. de arbit. ſecundùm ſcripta in cap. Cum tempore in gloſſ. ſuper verb. obſeruandum. eod. titu. Idem Immol. in cap. 2. ext. de pigno. Bal. in l. j. C. de ſenten. quę pro eo quod intereſt. in 8. & 12. col. & ibidem Saly. Ange. &

Paul.Caſt.in l. Si cõuenerit.ff.de iuriſ.om.iud. Immol.in cap.j. de iudi.Ludo.Ro.& Neoterici in d.l.Stipulationes non di.Archid.in cap. Ad noſtrã.de iureiur. Ad hoc facit.l. Fidei cõmiſ. .§. fi.de lega.3. Quem tex.multum põderat do. Anto.cap.fi.Ne præla,vic.ſuas.

Aphoriſ. 121.

¶Si quis ſacramento ſit obteſtatus mandata ſuprema ſe non reuocaturum,quamuis id ipſum fuerit illi integrum,iureiurando quãtumlibet in hanc rem cõcepto, ſi tamen reuocarit, peieraſſe is dicetur. Quod & ego aliquando cõſului.per l.Si duobus .§. Reſpondit. ff. pro ſocio. & Ioan. And. in cap. dilecto. de præb. in verb.Iuramentum.Et per Bartho.in l.Si quis, ad princip.de lega.3.col.vlti.

Iurans nõ reuocare teſtamentum,tamen ſi reuocauerit, eſt periurꝰ quãuis poterat nonobſtante iuramento reuocare.

Aphoriſ. 122.

¶Mulier quæ ſacramento ſeipſam obſtrinxerit fundum à ſe non alienatum iri, certè erit hoc iuſiurandum impedimẽto quo minus fundum dotalẽ poſsit ſecundo loco cum iureiurando alienare Gloſſ.Ioan.And. Hoſtiẽ,quam ſequitur ibidem Geminia.& docto.in cap.Mulier de iureiur.lib. vi.Idẽ hoſtiẽ. in Sũma. titu. de iureiuran. .§. Quot comites. Quo loco per multis legum & docto. teſtimoniis conatur priori iuramento auctoritatem adferre. Idem

Iuramentũ præſtitũ per mulierem de non alienando impedit alienationẽ fundi dotalis.2.loco factam cum iuramento, & ſtandum erit priori iuramento.

quoque ſcribit Areti. in titu. Quib. alien. lic. ſub finem princip. Inſtitu. ciuilib. Limita hanc quæſtionē ſecundùm prædicta, ſcilicet. Quòd præter iuſiurandum etiam accedat præſcriptū Legis vetantis dotalē fundum alienari. Aliâs enim hoc iuſiurādum alienationem nequaquā impediret, vt per Immol. Ioā. And. & docto. in cap. Dilecto. ext. de præb. Secūdò, Limita, Vbi prius iuramentum de non alienando, nudum non eſſet, ſed veſtitū, ſeu quorumdam gratiâ & fauore appoſitum. Bal. in. l. duobus. §. Si quis iurauerit. ff. de iureiur.

Limita. huius Axiomatis.

¶ Tertiò Limita, Quando ſecundò contrahēs certò ſciebat iam primùm iuſiurandum interceſsiſſe. Aliter autem dicendum foret, ſi ignorabat ne ſcilicet à muliere decipiatur. l. Liberi hominis de contrahen. empt. Bal. pulchrè in cap. Cum contingat. de iureiuran. ext.

Aphoriſ. 123.

Iuramen. cōtra ſtatuti formam præſtum non validat actum ſi ſtatutū cōtineat fauorē alterius.

¶ Qui contra ſtatuti formam ſacramēto cauere non pertimuerit, quanquam hoc ipſo contractus efficiatur validior, ſecūdùm communē ſententiam, ſicuti ſuperiori axiomate tractauimus, nihilominus tamen actum minimè cōfirmat ſi modo in alterius gratiam ſtatutum concipiatur: ſecundùm Paul. Caſt. Conſil. 399. incip. Notandum. facit ad hanc rem quod not. Bal. & Paul. Caſt. in l. Si defunctus. C. de ſuis &

legit.hæred.Barto.in l.2.§.fi.ff.de colla.bo.in l. j.§.Pater.ff.de contra tabu.Bal.in l. Si quis filius.ad fi.C.de inoffi.teſta.Bal.in l. Maximum vitiũ.C.de libe.præter. Quo loco ſcripſit, his quorum intereſt,actionem creari, tametſi verba diſpoſitiuè non ſint in eorum gratiam concepta nec ad eos dirigãtur.Sic vbi videmus cũ ſtatutum vetat mulierem ſine marito alienare poſſe,id quidem mariti gratiâ & fauore conceptum eſſe Bal.in Authen.Præterea.C.vnde vir & vxor.Paul.Caſt. in l. Si pluribus .§.antepenult.de lega.j. alleg. Bal.in l.Etiam. C. de pac. conuen.De hac re diffuſè ſcribit Ludo. Rom. Conſ. 124.

Legitima Naturæ.

Aphoriſ. 124.

Legitima naturæ filiis debita,eſt Triens vel Semis, ſecundùm numerum liberorum. Authen.Nouiſsima cum ibidem nota. C. de inoffi.teſta. *Legitima naturæ quæ ſit.*

¶ Intellige tamen non ſubſtantiæ totius teſtatoris, ſed eius quod habiturus eſſet filius ab inteſtato.vt pulchrè declarat Ange.in l.j. & clarius in l.Papinianus. .§.Vnde ſi quis. ff. de in offi. teſta. Bal. in repeti. l. Pater filium. verſicu. Nunc venio. eo titul. Idem Bal. *Limitatio huius diffinitionis.*

in l.Gallus.§.Et quid ſi tantum delibe.& poſthu.& ibi immol.ad fi.Intelligas etiam de portione ab inteſtato,etiam ſi ſtatuto imminuta foret ſucceſsio iuris ciuilis.Nam portio legitimæ commenſuratur ſecundùm portionem inteſtati vt ſentit Ange.in d.§. Vnde ſi quis. Et hoc quidem apertè tractat Geminia. in cap. j. de tempo.ordin,lib.vi.Quemadmodum videmus in ætate ſtatuto diminuta,quæ tollit beneficium reſtitutionis in integrum. Bal. pulchrè in Authen.Si captiui verſi. Tertio not.C.de epiſ.& cler.Atque idipſum expreſsis verbis ſentit Saly.in d.Authen.Nouiſsima & in l.2.C.de noxal. Albe. in l.Omnimodo verſic. Sed circa materiam.C.de inoffi.teſta.

¶Quòd autem intelligatur legitima, de portione diminuta ex forma ſtatuti, vide Paul. Caſt.Conſ.347.aliâs 345.incipien. Super primo puncto &.in prim.col.

Legitima poteſt & augeri & minui per ſtatutũ vel Conſue.

¶Adde tamen quòd Conſuetudo vel Statutũ poteſt,vel detrahere legitimæ,vel eam augere ſecundum Dyn. in cap. Indultum & ibidem Boher.de regu.iur.in vi.Barto.in l.ſin. de bon. damnato.Iaſ. in l.Extraneum.C.de hæred. inſtit.Canoniſtæ in cap.Raynutius ext. de teſta. Ludo.Roma.Conſ.32. Bartho. Sen. conſ. 93. col.9.

Aphoriſ. 125.

¶Legitima iure naturæ debita, condíto teſtamento

mento non debetur, niſi iure hæreditario, ſuccedendi via. Cyn. in l. hæres inſtituta. C. de im pub. & aliis ſubſt. Paul. Caſt. Conſ. 347. aliâs 345. incip. Super primo puncto &c. Bald. in l. Gerit. ff. de acquir. hæredi. Idem, Barto. in d. l. Gerit in 3. quæſt. principali verſi. Ad ſecundũ. & in l. Pro hærede. poſt princip. in aliquibus lectu. eod. titu. de acqui. hæred. ff. in l. Quia po terat. ff. ad trebellia. per Bald. in l. j. C. Quand. non pet. part. Saly. & Paul. Caſt. in l. Quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſta. Nemo enim po teſt renuntiare hæreditatem & acceptare legitimam, niſi fuerit vltra legitimam grauatus.

Repudiare hæreditatem & acceptare legitimam quando quis poßit.

Aphoriſ. 126.

¶ Filius grauatus per fideicommiſſum poteſt detrahere legitimam. Fulgoſ. Conſil. 85. incip. in facto proponitur & Conſ. 66. incip. Ioannes Et Raphael Cuma. Conſ. 25. Incip. Franciſcus. Legitima nanque debetur filio poſt mortem patris. Authen. Nouiſsima in verb. debetur. de inoffi. teſta. C. Et §. Aliud in verb. debitam portionem. in Authen. Vt cum de appel. cog. Ioan. de Anania. Conſil. 99. Incipien. Viſis & ponderatis, concludit Quòd ſi pater teſtamento mandauerit omnia bona ſua vendi, his verbis non comprehenditur legitima quæ debetur filio puberi. Illa enim non debent bonorum patris iure cenſeri, nec dici in bonis patris eſſe: cum de illis neque directo, neque

Legitima quando debeatur.

per obliquum poſsit ſtatuere. l. Scimus. C. de inoffi.teſta.& d.l.Quoniam in prioribus. eod. titu.& .§. Aliud verſ. Cæterum in Authen. vt cum de appel.cog.col.8. Et not. Gloſſ. in cap. In præſentia.de probat.Et habetur in cap.Raynutius.& cap.Raynaldus.ext.de teſtam. addẽs quoque hoc eſſe indubitatum, Addo hîc Roma. Conſil.185. Quo loco reſpondit matrem poſſe detrahere legitimam filiis debitam in bonis patris,facta ſubſtitutione fideicommiſſaria ſub conditione & in diem incertum : cum prima,in generali fideicõmiſſum minimè veniat: vt ait decidere gloſſ.in d.l.Precibus. C. de impube & al.ſubſti.Et communi calculo omnes in d.l.Ex tribus.Idem etiam reſpondit.Alex. Conſ.55.incip. Proſpectis in primo dubio. 4. volum.Itaque defertur filio legitima, quando condendi teſtamenti facultas patri adimitur, etiam ad pias cauſas.Panor.Conſil.64.ad 3.col. in.j.volu.Sed & ipſe Alex.Conſ.148.incip. Viſo themate,ſcribit legitimam filio debitam, & ius petendi ſupplementi legitimæ,ad quoſcunque,etiam abſque agnatione, tranſmitti.Profert in hanc rem Cyn.in l. Scimus in princip. C. de inoffi. teſta. Ad hæc omnia faciunt quæ annotauit Bald. in l. 2. ſub fin. dicens legitimam æs eſſe alienum. Iuſtam igitur videri ſententiam,tranſmitti ad poſteros. Idem reſpondit Alex. Conſil. 55. incip. Viſo titulo quæſtionis. 2. volu. Conſequens ergo fuerit

Ius petendi legitimã trãſmitti ad quoſcũque.

aſſerere filium, quatenus ad legitimam attinet, creditoris eſſe loco vt not. in l. 3. C. de iur. & fa. igno. Iacob. de Aretio. & Cyn. in Authen. Res quæ. C. Commu. de lega. Bald. in l. Scimus ad prin. circa penult. col.

Aphoriſ. 127.

¶ Rei dominium mancipiúmque vnà cum ipſius rei fructibus iure legitimæ filio debitæ cenſeri debent. Qua ratione, fructus ex legitima ipſa percepti etiam debentur filio. Meum enim idipſum aſſerere poſsum, quod ex re mea natum eſt ac perceptum. l. Solum. §. Meum de rei vendi. Hoc quoque reſpondit Ange. Conſ. 101. Incip. Conſiderandum eſt quod ſubſtitutio facta, per iura ibidem allegata. Idem Bald. in l. Iubemus, ad prin. C. ad trebellia. Azo. In ſum. titu. de inoffi. teſta. Bald. in d. Authen. Nouiſsima per Tex. ibidem in fin. dicentem, filium vſufructu legitimè fraudari non poſſe. Idem etiam tex. in. l. Scimus. §. Repletionem eo. titu. Et paſsim per Gloſſ. & docto. maximè Bal. in d. l. Quoniam in prioribus. eo. titu. Barto. in. l. Vxori meæ de vſufructu. lega. dicens in hanc ſententiam vulgò â docto. ſcribi. Idem alex. in l. Fideicommiſſaria. ff. ad Trebellia. Quo loco re-

Legitima debetur filio in proprietate & fructibus ſimul.

Notandum.

De his latè Alber. de Roſat. in farragin. vulga. & pupilla. ſubſtitutionis.

prehendit contrariam rapha.ſententiam in caſu quo fuiſſet filius expreſſè prohibitus, & nõ ad tempus. Atque his antedictis refelli poteſt cautela gloſſ. ſingul.ſecundùm Ange. ibidem dicentem patrem poſſe fraudare filios legitimâ, inſtituendo filium ſimpliciter, & relinquẽdo vſumfructum omnium bonorũ extraneo. Et ſic non procedat regula l. Quod de bonis. §. Quod auus ſecundùm Paul. Caſt. ibidem. ad leg. falcid. l. Cum pater. §. Titio. de lega. 2. vbi fructus cum debito ciuili vel etiam naturali cõpenſantur. Et in legitima. videtur tex. in l. Pampinianus. §. Vnde ſi quis. de inoffi. teſta. Gloſſ. in l. Cohæredi. §. Filiæ. in verb. Tenebuntur. de vulga. & pupil. Idem Rapha. in l. In fidei commiſſaria. ad trebellia. Quo loco affirmat, quòd ſi plus quàm legitima, ſubſtitutionis lege filio tribuatur, ſítque is in euentum aliquem grauatus reſtituere, veluti, ſi deceſſerit abſque liberis, tunc aſſcripti cenſebũtur fructus legitimæ. hoc nánque fraudis & damni tribuendum erit filio hæreditatem cernẽti oneroſam. Aliâs autem dicendum fuerit, ſi ſola legitima relicta foret. Atque hoc ſenſu accipi debet d. §. Repletionem. in l. Scimus. C. ad Trebellia.

Fructus quãdo in legitima cõputãdi

¶ Sed opinio huius improbatur à do. Alexan. in d. §. Qui auus cui ſubſcribit l. Iubemus. in prin. C. ad Trebel. Et ſic non habeat in legitima locum, quòd ſcilicet vídeatur defuncti iudicium cum onere agnouiſſe, argu. l. Parenti-

Intellect. §. repletionẽ in l. Scimus. C. de ĩoffi. teſt.

bus.in fi.de in offi.teſta. Et ſecundùm Angel. in d.l. Quod de bonis.§. Cum in fidei commiſſum,tribuendum fuerit culpæ filij adeũtis hæreditatem ex teſtamento oneroſo: eò quòd in reſtitutione fideicõmiſsi veniant ea omnia quę defũcti fuerint tempore mortis.d.l. Pręcibus. in fi.C.de impube.& ali.ſubſti.l.Eam quam C. de fideicommiſ. Adde quòd videatur filius grauatus in dodrantem. Bal. Saly. & Paul.in d.l. Iubemus.in princip.per tex.Ibidem.Quo loco Paul.aſſerit ita vulgò,& vſus forenſis architectis comprobari.Ibidẽ. Paul. Conſ.133. in vlti. col.Et hæc eſt ſpecies ſeu caſus in d.l. Cohæredi.§.Cum filiæ de vulg.& pupil. Nõ ergo poterit onus agnoſcere,cum tacito iure reuertatur à lege. Ad hoc facit. l. Si quando.§. Et ſi generaliter.de in offi,teſta.Fili' enim facit fructus ſuos,nec compẽſat cum debito legitimæ. *Filius facit fructus ſuos.* Alex.poſt Barto.in d.l. fidei.cõmiſſaria. Barto. in l.Quod ex his.de lega.3.gloſſ.j. Etiam ſi parens mandaret cum legitima compenſari.in d. l.Iubemus.Huic rei quadrat quod not.Barto. Bal.& Ange.in l.Aſsiduis. Qui potio. in pig. habe.vbi res ex hæreditarijs fructibus cõparata,nõ relinquitur vxori mãcipata obligatáque pro dote.Et potiſsimùm quandocunque fauore fideicommiſſarij apponitur in fideicommiſſo temporis dilatio. Quia tunc cum fructibus reſtituitur ſi hæredis gratiâ & fauore. Semper enim temporis dilatio,illius commodo & beneficio,gratiâ cuius apponitur,aliquid efficiet

& operabitur l. Si ita relictum .§. Pegaſus. de lega. 2.j. Si cui legetur .§. j. de lega. j. l. Seius Saturninus. Ad trebellia. l. Ex his verbis C. Quando dies lega. ced. Similiter & in iurib. ſupra alleg. traditur regula, Quòd minori, & coniunctæ perſonæ dilatio appoſita, ſemper intelligitur gratiâ fauoréque prohibiti appoſita. Sic & Hæres grauatus ita demum reſtituit fructus, ſi expreſsis verbis & nominatim adiectum ſit à teſtatore. Hîc conuenit tex. in d. l. Fideicommiſſaria. ad principium. gloſſ. in prin. vbi quando grauatur ſub conditione vel die, non ſunt reſtituendi fructus: nam dicuntur percepti iudicio teſtatoris vt ibi. & l. Mulier. .§. Alia. & l. Ex aſſe. Ad Trebellia. Quandoquidem (vt explanauit Paul. & Alex. in d. l. fideicommiſſaria, per tex. ibi. in verb. Quotiens) ideò non veniunt fructus in fideicommiſſo quòd in eo veniant bona omnia hæreditaria: & aditâ hæreditate, hæreditarii iam non dicuntur, ſed hæredis fructus. Atque ea eſt communis omnium ſententia ſecundùm Alexan. Ibidem Et id quidem ratione optima cenſetur. Nam ſi non poteſt teſtator mandare teſtamẽto, quòd filius ad ſcribat fructus trebellianicæ, multò minus legitimæ. Et ſecundùm Alex. is videtur eſſe captus & ſenſus Bartoli in l. Papinianus .§. Vnde ſi quis. de inoffi. teſta.

Regula notanda.

Notandum magnopere.

Legitimatio.

Aphoriſ. 128.

LEgitimatio,quod verbum Latinæ linguæ periti,rectius Natalium reſtitutionem dicunt,eſt actus ciuilis ſecundùm veritatem, niſi aliquid impedimento fuerit quò minus iudicari non poſsit veritas ſecundùm ius ciuile. Tunc enim eſſet fictio. His propemodum verbis Bal. ſcripſit, criminatus opinionem Guil.de Cum. in l. Nuper.C. de natura. libe. Idem Barto. in l. Si is qui pro emptore. verſic. Item quæro circa prædicta vtrùm iſta fictio fingat circa ea quæ ſunt meri Iuris. ff. de vſucap. Legitimatio enim verè legitimum efficit,non autem fingit. Ita Ange. in diſputatione quæ incip. Nobilis quidam genere. per tex. §. Illud in Authen. Quib. mo. natu. effi.ſui.

Legitimatio eſt actus verus non fictus.

¶Diuerſum tamen reſpondit Iacob. Butrig. Conſil. incipien. In nomine domini Amen. Beatæ Mariæ virginis glorioſæ pretioſæ crucis, S. Iacobi, & totius curiæ cœleſtis Amen. Thema propoſitum. &c. quòd ſcilicet legitimatio non dicatur actus verus, ſed fictus. Dicit tamen ibidem ſatis lepidè, Principem vel Comitem, ſpurios non poſſe

Cōtra Iacob, Butrig.

An Comites & principes poſſint Spurios facere legitimos.

legitimos efficere & reſtituere natalibus:ſed æquare cum natis ex iuſtis nuptiis mãdaréque vt eorum habeantur loco. Quemadmodum in filiis ſororis,quos lex vocat in locum agnatorum:tamen propriè nõ dicuntur agnati. l. Lege.12 tabularum. C.de ſuis & legit hæred. Idẽ Iacob.Butrig.in rub.j.C.dixit, quòd natalium reſtitutione nõ efficitur quis legitimus,quamuis legitimationis iura ei concedantur:quódq; ex priuilegio & fictione dicatur quis legitim⁹ ac reſtitutus natalibus, non autem verè filius legitimatus.Bal.in l.fi.C.de his qui ve.æta.impet.Nam legitimatus ſecum fictionem habet. Bald.in l.Si ita quis.§.is cui. cuius ſentẽtiæ ſub ſcribit immola ibidem de lega.2.Quo loco ſcripſit Bald.Legitimatum eſſe fictum filium.Idẽ, Panor.in cap.Per venerabilem ext.qui filij ſint legit.dicens legitimationem per reſcriptũ eſſe fictam:ſpeciali iure introductam : ac quandam veniam aut gratiam nataliũ datam, ſeu diſpenſationem odioſam. Sed Bald.in l.Eam quæ. C. de fideicommiſſ.dixit legitimationem (loquendo naturaliter,vt eius verbis vtar) eſſe veritatẽ formalem:ciuiliter verò, fictionem. Mea ſanè eſt opinio,eum qui natalibus eſt reſtitutus, ex iuris ciuilis interpretatione,potius filiorũ numero cenſeri deberi:quamuis extra legitimum matrimonium ſit natus.In quam quidem ſententiam pedibus ac manibus deſcendit Paul. Caſt. Conſil.221. Incip. Super eo quod primo loco quæritur.

Legitimationem non eſſe actum verũ ſed fictum.

Aphoriſ. 129.

¶Qui beneficio imperatoris eſt reſtitutus natalibus, aptior propterea non efficitur rebus ſacris ineundis ac infularum iuri, nec capeſſundis ſacerdotiis Gloſſ. in cap. 2. in fi. gloſſ. 101. diſtin. & ĩ cap. Si officia. 59. diſtin. Archid. 35. cauſ. quæſt. 2. in cap. Quod eſt. Docto. in cap. Per venerabilem. ext. Qui filij ſint legit. Barto. in l. Qui in prouincia. ff. de ritu nupt. Bald. in Authen. Ex complexu. C. de inceſt. nupt. Innocen. & docto. in cap. Niſi cum pridem ext. de renuntia. docto. in cap. Cum in cunctis. ext. de elect. & in cap. Innotuito. ext. eod. Archid. 23. cauſ. quæſt. 8. cap. Conuenior Paul. Caſt. conſ. 225. incip. Super primo dubio. 2. col.

Ab imperatore vel Rege legitimatus, non ideò citius habilitatur ad ſpiritualia, nec ad beneficia eccleſiaſtica obtinenda.

Aphoriſ. 130.

¶Quapropter principali reſcripto & diplomate reſtitutus natalibus, non dicetur contineri aut comprehendi contractu emphyteuſeos, ſuo & filiorum nomiue celebrato. Qui enim natalibus reſtituuntur, non ſunt naturaliter legitimati: ſed ex priuilegio & fictione. Atqui verba debent naturaliter intelligi & propriè, nõ ciuiliter & fictè, ſeu καταχρηστικῶς & impropriè, atque ex abuſu. Ea fuit Baldi ſententia in l. fin. C. de his qui ven. æta. impetra.

Legitimatus per reſcriptũ principis nõ comprehenditur in cõtractu Emphyteuſes celebrato pro ſe & filiis ſuis legit.

Quod ego quidem Limito in emphyteuſi ec-

Limitatio ſuperioiis axiomatis. cleſiaſtica, propter eximiam conditionem concedentis, qui peſsimè odit & execratur. ex inceſtis nuptiis natos. Ita præcidit & expreſsè ſentit Ange. In quæſt. diſput. incipien. Nobili quidam genere, Idem ſcribit Pet, de Anchara. Conſ. 292. Incip: Ex tenore priuilegii. In fi. primi quæſiti. Alleg. Ioan. And. in Nouel. In cap. Lator. ext. qui filii ſint legit. & Bal. in. l. Generaliter. §. Cum autem. C. de inſtitu. & ſubſti. his conuenit quod ſcripſit. Barto. in. l. Ex facto §. Si quis rogatus. ad trebel.

Aphoriſ. 131.

Legitimationi ineſt ver⁹ ſtatus legitimorum. ¶Statuto excludente filias dotatas, maſculis filiis exiſtentibus, includuntur continentúrque reſcripto principis natalibus reſtituti, Quia legitimationi verus ineſt legitimorū ſtatus: quamuis verum germanúmque non ſit principium, ſed notha origo. Bald. in l. Cum acutiſsimi. verſ. Idem dico ſi per ſtatutum. C. de fidei commiſ. Idem Alex. Conſ. 2. Et Pet. de Ancha. in repeti. cap. Peccati venia de regu. iur. lib. vi. dicens, in ſucceſsionibus, legitimorum appellatione contineri etiam legitimatos. *Legitimatos habere omnia ſicut per matrimoniū* His quoque addito, legitimatos eodem iure cenſeri, quo nati ex iuſtis nuptiis. Barto. in. l. Ex facto. de vulga. & pupil. Et. §. Illud. in Autben. Quib. mo. natu. offici. ſui Aſſerit Bal. In. d. l. Eam quam, verſ. Item quæſitum

fuit à me quo loco clarius loquitur, ſcilicet quòd legitimatio eſt ad ſtatutum tranſlatitia. At verò ſtatutum paſsiuam recipit interpretationem. Hanc dum opinionem recitat Paul. Caſt. illi ſubſcribit. Conſ. 233. Incip. Videndum eſt primò. In vlti. verb. Idem, Paul Caſt. Conſil. 225. Incip. Super primo dubio. motus quidem doctrina Ioan. And. in cap. i. de ſucceſſ. ab inteſt. ad fi. Quandoquidem verus cenſetur eſſe legitimationis ſtatus, principio atque origine quatumuis notha verumque detrectante: vt quę in iure conſiſtat. Ea autem quæ in iure ſunt, minimè per fictionem introducuntur, ſed ſecùndum veritatem. Alleg. Barto. in l. Si is qui pro emptore de vſucap. Idem quoque nominatim & expreſsè ſentit Paul. Caſt. in. l. Sed ſi hac. §.. Patronum de in ius voc. Quo loco dicit ſe idem reſpondiſſe in eadem ſpecie facti, patri habenti filium legitimatum, quòd ſcilicet poſſet illi ſuccedere ex teſtamento tantòm. Si enim ſtatuto fuerit cautum filium petere non poſſe vltra dotem, filiis maſculis legitimis & naturalibus exiſtentibus, & pater filiæ in dotem minus quã pro legitima reliquerit, legitimato inſtituto hærede vtili, non contineri comprehendíque ſtatúto legitimatũ certiſsimi iuris eſt: quia nõ cenſetur munero maſculorũ & naturaliũ: cum illa nõ fuerit vera legitimatio: tã etſi legititimatꝰ cõprehẽdatur in ſtatuto mẽtionẽ faciẽte de filiis legitimatis & naturalibꝰ, ex doctrina Baldi in

Legitimatio ſe extẽdit ad ſtatutum.

Quæ à iure inducta ſunt ficti non dicuntur ſed vera.

d.l.Cum acutiſsimi.& in d.l.Eam quam. Idem do.Anto.in cap.Innotuit.de elect.

¶ Adducor opinione & doctrina Ioan. An. in Mercu.cap.Pro poſſeſſore.de reg.iur.in vj.vbi ſtatutum in poſſeſſore loquẽs, habet locum in eo qui dolo deſijt poſsidere.l.Parem eſſe.ff. de regu.iur.Præterea, quòd lex Cornelia procedat ex fictione legis,l.Cornelia.ff. de teſta. Et tamẽ lex Falcidia habeto locũ vbi teſtamentũ valet ex fictiõe legis Corneliæ.Sic quoque dicemus legitimatũ,cũ habeat legitimorũ iura,d.§.Illud,verum habere ſtatum,vt loquitur.Bal. Et cum ſit hæc interpretatio naturalis,non autem fictio,ſequitur ſtatutum de filijs , non habere locum in legitimato per reſcriptum.

Rogationes dicendi acutiſsima.

¶ E diuerſo ſentit do.Anto.in cap. Tanta. ext. Qui filij ſint legit.Quo loco longè exacti⁹ καὶ ἀκριβοδικαιότερως loquitur,videlicet,quòd legitimatus per ſubſequens matrimonium non contineatur ſtatuto: cum legitimè & ex iuſtis, nuptiis natus non ſit.Quam tamen ſententiam mutauit ſubinde,ſubijciens id tantùm procedere in his qui imperiali reſcripto & diplomate natalibus ſuntreſtituti,ſeu legitimati.Idipſũ quoque ſentit in cap.Per venerabilem.eo.titu. vbi ſcripſit,lege natalium ſolutos eatenus quatenus ad effectus aliquos ſpectat,eóſque principali reſcripto natalibus reſtitutos, minimè comprehẽdi in ſtatuto excludẽte filias,Atque

illi ſubſcribit Panor.ibidem. Hîc etiã quadrat quod not.Bal.in d.l. Eam quam. Et rectius in addit.ad Specu.titu.de ſucceſſ.ab inteſt.quo loco ſentit Legitimatos à legitimis & naturalib' germana & propria ſignificatione & interpretatione verbi longè diſsidere:legitimationémque Alchimiæ eſſe per ſimilem.Bal.in cap.j.de conſtitu.Anchara,Conſil. 219. dicit eſſe quandam legum fictionem.Si igitur ſtatuto cautum fuerit,quòd filia non ſuccedet niſi in vna vncia,filia circunſcribet & limitabit ius legitimati,vt in plus ſuccedere nequeat,per tex.unic.in §. Et quoniam variè, in Authen. Quib. mod. natu.effi.ſui.Licet enim teſtator,ſi ſine filiis legitimis & naturalibus deceſſerit, ſenſiſſe non intelligatur de naturalibus ſeu ciuilibus filiis ſeu fictis l. Siita quis §. fi.de lega. 2. tamẽ ſpuri' natalibus reſtitutus beneficio reſcripti principalis excludit ſubſtitutum.

Diſpenſatus quo ad aliquos effectus legitimatos, reſcriptum principis, nõ includitur in ſtatuto excludente filias.

Legitimatus per reſcriptũ excludit ſubſtitutum infrà nu.ſeq.

¶ Poſſem ego meritò moueri his quæ ſcribuntur à Bal. do. in l. Imperialis. C. de nuptiis. & Paul.Caſtren.Conſ. 229. incip. Super puncto iſto.& Conſ.224.incip.Videndum eſt. quibus locis concludunt legitimatum eſſe verum filium,& nihil à legitimè natis differre,concurrente natura & dono principis. Tex ſolemnis in §. Si quis ergo.ad fi.In Authẽ.Quib. mod. natu.effi.ſui.vbi quemadmodum licet iure ciuili ſeruos in libertatem aſſerere & ingenuos efficere,ſic & ex liberis naturalibus tantùm &

Legitimatus & legitimus idem.

ſpuriis legitimos facere antiquæ ingenuitati & naturę reſtituere diplomate regio & reſcripto principali. Nihil ante ea tempora quibus naturali lege homines regebantur, & ſine ſcripto, inter legitimos & naturales, erat diſcriminis. Nothā igitur ſobolē & legis matrimonij exortē natalibus reſtituere beneficio principis integrum erit cuiuis: & naturales tantùm, legitimos facere, quos in poteſtate habeat. nihil a legitimis differentes. Hæc ſummatim ex d. §. Si quis ergo. Hoc autem beneficij & doni accipiunt legitimati, à natura, patre, principe, ſimul & à lege.

Tria legitimatorum beneficia.

¶ Per legitimationem itaque dilui cenſetur nothæ natiuitatis macula: & ſimilis fit legitimatus regenerato per baptiſmum. Bal. in l. Manumiſsiones. ff. de iuſti. & iure.

Legitimatus æquiparatur regenerato per baptiſmum.

Aphoriſ. 132.

¶ Qui gratiâ imperiali, regióve reſcripto natalibus reſtituuntur & legitimantur omni modo, certè excludunt datum in teſtamento ſubſtitutū, ſi ſine filiis naturalibus & legitimis deceſſerit. Bal. in d. l. Gallus. §. Si eius. ff. de libe. poſthu. in vltimis verbis, quo loco ſcitè ſcribit de hac re, atque ait fuiſſe id Bononiæ diſceptatum, conſtitutúmque. Idem Barto. Conſ. incip. Viſo inſtrumento locationis. Ioan. And. in addit. ſpecu. titu. de ſucceſſ. ab inteſt. Alberi. de roſat. in l. Generaliter. §. Cum autē. C. de. C. inſtitu. & ſubſtitu. ſub condit. fa.

Legitimati quos excludat.

¶ Tu tamen animaduertes, principali diplomate legitimos factos in Francia hodie ex cõſuetudine ad ſucceſsionis ius non admitti, licet videatur quòd legitimatio eis tantũ prodeſſe debeat quo ad iura principis. De qua re ad cõſiliũ refert Chaſſaneus in cõſuetud. Burgũd. Titu. Des ſucceſſions des Baſtards. §. 3. in fi. Poteſt nihilominus rex Frãciæ naturales filios tãtùm, natalibus reſtituere & legitimos pronuntiare And. de Iſern. in cap. de vaſſa. decrep. æta. *Legitimati non ſuccedũt in Francia.*

Libellus.

Aphoriſ. 133.

REgijs Cõſtitutionibus ſancitum eſt in ius vt & vocemus aduerſarium ſimúlque iudicium per viatorẽ dictare cogamur. Qua ratione, neceſſe fuerit, libellum eius qui actionẽ intẽdit, omnib' ſuis numeris eſſe abſolutũ: in quo etiã nihil iuſtũ æquúmque deſit, & manus certa ſit petitoris. Bal. in l. Si defunct'. C. de ſuis & legit. Alleg. Innocẽ. in cap. j. de offi. vica. Neque verò magis vnquã claudicat libell' & actio petitoris, quàm cũ liquet ius ſibi nõ cõpetere. Nota in. l. Si vnus. §. Pact'. ff. de pact. cap. Ad decimas. de reſtitu. ſpolia. lib. vj. Dicem' igitur ſẽſententiam, quæ ſecundùm ineptum libellum, iniquámque & friuolã actoris intẽtionem lata ſit, ineptã eſſe, atque ipſo iure nullã: ſed & irritũ caſſúmque fore iudiciũ: huiuſce quoque *Libell' actoris dicetur ineptus quãdo in eo apparet defectus petitiõis, & ipſa petitio non eſt bene facta.*

Non præſcribitur exceptioni inepti libelli.

ineptæ exceptionis præſcriptionem eſſe nunquam. Gloſſ. aurea inſtitu. de verbo. oblig. in prin. quæ incipit. Iſtud ſecundum &c. Quam quidem Bal. nullo alio in loco eſſe credit in l. Actori in fi. C. de reb. cred. Idem Bald. in l. Ex hoc iure & in l. Manumiſsiones & in l. penult. ff. de iuſti, & iur. cap. Cum dilecti & ibidem Panor. & docto. de empt. & vend. Bald. in. l. j. poſt Cyn. C. Vt quæ deſunt aduoca. Ange. in l. j. ff. de offi. aſſeſſo. in l. Ampliorem. §. in refutatoriis. C. de appella. in l. Vir bonus. ff. iudi. ſol. Do. Anto. in cap. Examinata de iudi. Idem Bal. in l. Licet. C. de procurato.

De libelli ineptitudine opponi poteſt & vſque ad ſententiam, & poſt ſenten. ad eam annulãdam.

¶ Adiice etiam ſi lubet quòd libelli inepti exceptio, non ſolùm vſque ad ſententiam poſsit proponi, ſed etiam poſt ſententiam, ad eam ipſam inducendam ſeu annullandam. per tex. nota. in cap. Cum dilecti de emptio. & vẽdi. Hòcque recitat Felyn. Sand. in càp. Quoniam contra. ext. de proba. Bald. in l. 2. C. de reſcin. vendi

Tria debent eſſe ĩ iudicio conformia.

¶ Tria ſunt potiſsimùm quæ in experiũdis iudiciis debent conuenire. Libellus ſcilicet, probatio, & ſententia. Gloſſ. 2. cauſ. quæſt. 8. quam citat. Bald. in l. Pomponius. §. Sed & his. ff. de procu. in l. Si præſidi. c. de donat ante nupt. in l. Si vt proponis. c. Quomod. & quand. iud. Maximè autem decet cum libello ſententiam conuenire.

¶ Fallit tamen multiplici modo, vt per Barto. in l. vinum. Si cert. peta. in l. Aemilius, ff. de minoribus. Barto. & Bal. in l. Et ſi ſeuerior. C. de infam. Moder. plenè in d. l. Vinum. Omnino Bal. in cap. Super literis, circa princip. de reſcript.

Sentētia debet eſſe conformis libello.

Fallit in multis caſib⁹.

Aphoriſ. 135.

¶ Libelli forma ſemper eſt à iudice diligenter excutiēda atque animaduertenda. Conſiderādus ſcilicet intendendæ actionis modus: denique excipiendi, opponendi, & exequendi ratio. Gloſſ. not. In cap. hoc quippe. 3. cauſ. quæſt. 6. Bal. in l. Etiam, C. de furt. in l Edita. C. de eden. in l. 2. §. Quod ſi in pactis. ff. Solu. mat. in l. Momentaneæ. C. vnde vi. in l. fi. C. Si ex fa'ſ. inſtru. Non poteſt enim iudex modum quo quis non intenderit, proſpicere. cap. Qualiter & quando in fi. de accuſa. Bal. pulchrè in l. j. C de condi. ob turp. cauſ. Quo loco dicit exceptionis formam eſſe animaduertendam. Alleg. Innocen. in cap. Ex literis. de reſcrip. ext. Tex. & ibidem Barto. in l. j. §. Labeo de fluminib. Gloſſ. in Clem fi. de appella. Barto. in l. j. verſ. Quæro quid ſi non dico conſequenti. & in l. 2 in fi. ff. de excep.

Conſiderandus eſt in libello modus agendi excipiendi, opponendi, exequendi.

Modum non intentatum iudex nequit proſpicere.

Aphoriſ. 136.

¶ Si clauſulam, ius & iuſtitiam miniſtrari, libello interſerueris, idipſum ſanè perficiet, vt ſi in ipſo libello narrata fuerint omnia quæ tum ad

Quando probationes factæ ſuper petitorium valeant in poſſeſſorio.

titularium, tum etiam ad poſſeſſorium & iuſtæ poſſeſsionis iudicium ſpectant, ſolemnis autem clauſula ſeu concluſio ſit in poſſeſſorio, & iuſtæ poſſeſsionis iudicium conſtituatur, poſsint probationes quæ in iudicio titulario ſeu petitorio factæ fuerint, poſſeſſorio conuenire, & miniſtrari. Ea etenim eſt huiuſce clauſulæ virtus & facultas, vt conſtitutum iudicium & concluſio tranſlatitia ſit atque extendatur ad omnia quæ poſſunt narratione comprehendi. Bald. in repeti. l. Edita. C. de eden. & in l. Petens ad princip. C. de pact.

Hæc ſunt diligenter notanda.

¶ Adde quòd generales libellorum clauſulæ nihil præter narrationem operantur, neque aliud adferunt remedium quàm quod reſultat ex narratis. Panor. in cap. 2. verſi. Ex narratis infero. de ordi. cog. Alex. Conſ. 121. in primo volú. & Conſil. 56.

Litis conteſtatio.

Aphoriſ. 137.

Litis cõteſtatio quid.

Litis conteſtatio, vel conſtitutio cauſæ, etiã Quintiliano Stat⁹ quæſtionis dicitur, qui ex intentione & depulſione perficitur. Vt feciſti, non feci: quis fecerit? Lis autem conſtitui ſeu conteſtari ſolet per ipſius litis cognitorem ſiue procuratorem. l. Per procuratorem. ff. de procura. not. gloſſ. in l. Sed etiam in verb.

Cognitor litis.

Cogendum.ff.eod.Sed etſi lis non cõteſtetur, procurator nihilominus litis ipſius dominus efficitur primo quoque tempore quo aliquid in cauſa actum eſt:cúmque τὰ δικαιολογήματα iuráque cauſæ & cõmoda agi incipiũt. Sed hæc in ea negotij ſpecie locum habere dicimus in qua lis non conteſtatur Tex.eſt ĩ verb. cauſam agitatam.l. Nulla.C.de procur. Quemadmodũ expendunt Barto.Bal.Paul.Caſt. Idem Barto. in l.Poſt litem.ff.eod.in l.Ab executore.§. fin. C.de appel.in Extrauag. Ad reprimendam in verb.Figura iudicij.Barto.& Bald.in l. Properandum.§. Et ſiquidem. C. de iudic. Docto. in l.Pluribus de lega.j.Innocen. in cap. Duobus de appel.& in cap.Præterea de dilat. Bald. in l. Quodquis.C.de procura.quo loco dicit in eo caſu procuratorem etiam poſſe procognitorẽ mandare:quamuis diuerſum ſentiat Ludo.Roma.Conſ.139.aliâs 241.incip.Spectabilis domine collateralis:hac quidem ratione ductus qđ in eo caſu in quo lis non conteſtatur,nuſquam erit procuratori liberũ ſubcognitorem, ſcđm ve ꝓcuratorem ſibi aſciſcere. alleg. Bal.ſcriben tem in eã ſententiam in l.Minor.per illũ tex.c. de præd.mino. Poterit dici iſtud habere locũ ĩ impetratione decreti per tutorem ſuper aliena tiõe.Et ſic in actibus volũtariæ iuriſdictionis. Superior aũt opinio cõis in actib⁹ cõtentioſæ.

Procurator efficitur dominus litis per primum actum quando incipitur tractari de meritis cauſſæ,ſed in his caſibus ĩ quibus lis non conteſtetur.

Poteſt etiam ſubſtituere procurato.

Contrari.Ludo.Rom.

¶ Adde ſi lubet quòd primus actus qui in cauſis ordinariis eſſe ſolet poſt litis conteſtationem operetur effectum in cauſis in quibus

non conteſtatur lis: operatúrque litis conteſtationem & effectum litis conteſtatæ. Gloſſ. in cap. j, in verb. Abſentia. de elect. lib. vj. Quàm exclamat do. Anto. in cap. Cum. m. ext. de conſtitu. alleg. cap. Ex parte decani. de reſcrip. Propterea ſecundùm Bartoli ſentẽtiam. in d. verb. Figura iudicij, ſi legitimatis perſonis apponitur exceptio peremptoria, vel iuretur de calumnia: vel themata cauſæ ſcripto edãtur, ſeu fiãt poſitiones & articuli (ut dicũt vulgò pragmatici) hæc omnia huiuſcemodi vi & facultate litis conteſtationis prædita cenſebũtur. His cõueniunt quod not. Pet. Cyn. Barto. & Neoterci in l. Nihil. C. de procur. & Docto. in cap. j. §. Licet. de procurato. lib. vj.

Notandum valde.

Quã vim habeat litis cõteſt.

Locatio & Cõductio.

Aphoriſ. 138.

QVamuis Gloſſ. in l. j. §. Quod ait. in verb. in rem. ff. de ſuperfi. & in l. fi. Si ager vectig. vel emphy. pet. Et in Clemen. j. de reb. eccleſ. non alie. aſſeruerit relinqui arbitrio iudicis. Quæ diceretur ad modicum tempus locatio, tamen gloſſ. Ioan. And. in d. Clem. j. dicit tempus decennij, longum tempus cenſeri debere: locationem verò in nouem annos, ad modicum tempus. Atque in hanc ſententiã vulgò omnes deſcẽdere Barto. in d. §. Quod ait, ſcri-

Quæ dicatur locatio ad longum, vel ad modicum tempus.

bit.Et do.Cardi.Floren.in.d. Clem.j. vbi dicit ita ſe reſpondiſſe conſultus. Allegat Archid.in cap. Alienationes 12.cauſ.quæſt.2. Idem etiam, Iappus Flo.Allega. 31. Ange.Conſ. 276. incip. Quia omne datum optimum. Idem. Ange. & Immol.in l.Si filio .§. Si vir.Solu.mat.Et videdetur in ea ſpecie cauere d.l. fi. Si ager vectig. vel emphy. pet. in nota l.Præſcriptione. ff. de pœnis.quam vt ſingul.expēdit Bal.in l.j.C. de poſtul.Vnde fit vt pſonæ eccleſiaſticæ abſque iuſtis ſolemnijs in annos nouē locare poſsint. Nam conſuetudine hoc interpretatum eſt dici tempus modicū.Ita Bal.in l.Iubemus.ad princip.de ſacroſ.C.eccleſ.Idē.Bal.in rub.C. de iure emphyt.do.Anto.in cap.fi.ext.Ne præla.vices ſu. Tamen domini de rot. deciſ.j. ſub rub. de locato, aliâs. 232.diuerſum ſentiunt, ſcilicet eſſe arbitrarium.

Aphoriſ. 139.

¶Ex locatione ad longum tempus transfertur in conductorem ius in re, cui competit vtilis in rem actio. Secus autem ex locatione in modicum tempus. Ex ea enim nō transfertur ius in re nec poſſeſsio, ſed ſola detentio. Tex.in l. j..§.Quot ait.verſ.in rem actio. & Ibidē Barto. & docto.ff.de ſuperfi.

In qua locationis ſpecie transferatur ius in re.

¶Niſi locatio à repub.eſſet.Gloſſ. & Barto. in l.j.in prin.ff.de loco pu. fru. Aliâs ſecus. Non

Limitatio.

enim transfertur ius in re. Barto. Bal. Ange. & Immol. in. d. l. Si filio .§. Si vir. ff. Solu. mat. Gloſſ. & docto. & ibidem pulchrè Immol. in Clemen. j. in verb. locationes. de reb. eccleſ. non alie. Panor. in cap. Ab audientiam. eo titu. in anti. Tex. & ibidem Docto. in l. fi. ff. Si ager vectig. Barto. in l. Vectigalia .§. Non ſolutis. ff. de publica. Docto. omnes in l. Codicillis .§. Inſtitu. de lega. 2. Iacob. de bel. in .§. Alienationes. Authen. de non alienand. &c.

Si locatio fiat vltra 10. an. vtile domi. transferri.

¶ Adde, ſi locatio ſupra decem annorum ſpatium extiterit, vtile dominium transferri. l. j. §. Qui in perpetuum. ff. Si ager vectig. vel emphy. pet. Iaſ. in l. Ex hoc iure. de iuſti. & iure. & in l. In prouinciali .§. Si ago. ff. de no. ope nuntia. Fely. in cap. Quæ in eccleſiarum. ext. de conſtitu. & in cap. Plerumque reſcrip.

Alienatione prohibita prohibetur locatio ad longum tempus

¶ Prohibita igitur alienatione à lege vel ab homine, cenſetur quoque ad longum tempus prohibita locatio, ex qua quidem tranſfertur ius in re, ſicuti per Emphyteuſin. l. fi. quam expendunt ſe ponderant Bal. & Saly. C. de reb. alie. non alienan. improbata gloſſ. in. d. l. Codicillis .§. Inſtituto. de lega. 2. quam ibidem Cyn. Barto. & reliqui omnes improbant Atque ad ipſam confirmat, Ange. in .§. Emphyteuſin. Authen. de non alien. Panor. in cap. Ad audientiam. & cap. Ad noſtram ext. de reb. ec-

cleſ. nõ alie. Quia ex ea locatione ius in re cõſtitui dicitur. Baldus in l. Si domus. §. fi. de lega. j. defendit Gloſſ. in d. l. Codicillis. §. Inſtituto. de lega. 2. hac ſcilicet ratione, quod inſtrumẽto locationis præſcribitur, nullum in cõducto rem rei locatæ dominium transferri neque directum neque vtile. Idem Bal. in d. §. Inſtituto. & in cap. Querelam. ext. de elect.

Bona cautela pro locatione ad lõgũ temp' ne transſferatur dominium.

¶Contraria tamẽ videtur eſſe ipſius Baldi deciſio & ſententia in cap. Imperialem. verſ. Nunquid vaſſalus de prohib. feudi alien. per Fede. & in cap. j. ad princip. titu. Qui feud. da. poſ.

Aphoriſ. 140.

¶De eo qui rem in longũ tẽpus conducto accepit, perinde iudicam' atque de eo qui iure Emphyteuſeos poſsidet, vt ſcilicet requiratur in eo triennij ceſſatio. Ange. in. §. Scire autẽ Authen. de non alien. ſubiiciens ſibi omnino obſcuram eſſe legem quæ huic ſententiæ conueniat. Tu tamen crede hoc ſentire Bartolum in l. Vectigalia. §. j. ff. de publica. Panor. expreſſè in cap. Quia ꝓpter ſterilitatẽ ext. de locato. Fulgoſ. in authen. Qui rem. C. de ſacroſ. eccleſ. Do. Anto. & immol. in d. cap. Quia propter ſterilitatem. Econtrario tamẽ aſſeruit Immol. ſed anxius fortè in d. l. Vectigalia. Quia videlicet habeat ius momentaneum ac temporarium, nõ autem perpetuum.

Idem dicẽdũ de Conductore ad lõgum tempus quod de Emphyteuta.

Aphoriſ. 141.

Colonus partiarius an ſit Conductor. ¶Colonus partiarius in dimidiam tertiamne partem fructuum, non dicitur propriè conductor: ſed accedit magis ad naturam Societatis: & actione pro ſocio experitur, non actione ex locato. finitur etiam morte non ſecus ac societas. *Locatio quid. ꝓpriè.* Nam propriè contract⁹ locationis eſt quãdo annua locationis penſitatio pecuniæ nomine cenſetur. Barto. in l. Si merces. .§. Vis maior ff. locati, huius ſententiæ accedit Paul Caſt. ibidem addēs hoc ipſum à paucisſimis animaduerſum eſſe: tametſi arbitretur è contrario vulgò obſeruari. Ac cum ipſo Bartolo in ſententia conueniunt Paul. Caſt. & Iudo. Roma. in d. l. Si filio .§.. fi. ſolu. mat. Eleganter etiam Panor. per gloſſ. ibi in d. cap. Quia propter ſterilitatem de locato. ext.

Contra. opinio. ¶Nihilominus tamen valde eſt ab his diuerſum quod not. gloſſ. & ſequitur Ang. in .§.. Item Seruiana inſtitu. de actio. quo loco contendunt inuecta atque illata à partiariis cenſeri tacitè obligata non minus quam à colono propriè. Nam partiarius colonus, dicitur colonus.

¶Reſpondeo autem ad Tex. in d .§. vis maior Quia ſcilicet ibi eſt dictio, Quaſi, quæ ſonat improprium· Similiter etiam ad iura concordantia, quod non eſt propriè ſocietas, ſed clauditur ſub contractu locationis. vt ibidem

per eum. alleg. Bal. in l. Certi iuris . C. locati 4. quæſt. Idémque Salic. eodẽ loco aſſerit cõmunem eam eſſe doctorum ſentẽtiam. Ac etiá videtur Bal. Idem ſenſiſſe in l. j. C. de fructib. & lit. expenſ. Ad quam rem adducit. l. Viam. C. locati. Satis eſt aperta Specu. doctrina. Titu. de locato .§. Nunc aliqua verſ. 80. Quo loco affirmat colonum partiarium iure ſuo cadere, ſi biennio trienniόue ceſſauerit domino ſoluere. Sed animaduerte. Specu. rationes non concludere: hiſque aduerſari. Gloſſ. in. l. diuortio .§. Si meſſes verſ. Sequitur. ſolu. mat. vbi colonus propriè dici debet qui nummis colit, pecuniariámque præſtat penſitationem quotannis.

Colonus propriè quis dicatur.

Aphoriſ. 142.

Optima Cautela in Locatione apponi ſcilicet obligationem & hypothecam bonorũ pro obſeruantia contractus: & etiã quia nõ Colonus poſſet ꝑ dãnis & intereſſe retinere rẽ iure pignoris & hypothecæ donec ei ſatiſfiat.

¶Rectè & commodè conſultum cautúmque condutori videbitur ſi in contractu locationis interſerueris rem locatam, conductori pignoris iure atque hypothecæ nomine obligatam fore ad locationis ipſius pactum ſeruandum: hac etiam ratione quia non colonus poſſet iure pignoris rem ipſam locatam retinere pro eo quod eius interfuit: Idque tandiu quandiu re ipſa caruerit. Barto. Bal. & Saly. in l. Emptorẽ C. locati. Barto. & docto in l. Si filio .§. Si vir. Solu. mat. in l. Qui fundum .ff. locati. in l. Nihil .§. Seruus de lega. j. in l. j. .§. Quod autem prætor. ff. de ſuperficie; quo loco aſſerit ſe plu-

ries in hanc ſententiam reſpõdiſſe. Idem, Ange.ibidem. Panorm. in cap.fin.Ne præla. vic. ſuas.Bald.in l.j. verſ. Sed pone maritus. C. de fructib. & lit.expenſ.Barto.in l.Merces.§.j.ff. locati.Nam hypotheca eſt ius reale. l. Eos. C. de pigno.§.Item Seruiana.Inſtitu.de actio. Admonendus tamen eſt venditor qui ſibi ius coloni contrahendo retineat, ſecundùm Gloſſ. quam expendit Bald.in.d. l. Emptorem.

Hypotheca eſt ius reale.

Cautela.

¶ Adde tu nihilominus Salycetũ in d.l.Si fundum dicere ſe multoties aduerſus Bartolũ reſpondiſſe ſenſiſſéque: ac etiam multoties in hãc ſententiam iudicio conſtitutum fuiſſe: quòd generalis hypotheca interſeratur, quò facilius exigi poſſet id quod intereſt, & tertiæ iuris acceſsiones ſi per alios re ſibi locata vti conductori non fuerit integrum. Non enim alia eſt locatoris obligatio.l.Si merces.§.fin.eo titu. alleg.l.Mancipia.C.de reb.alie.non alien. Quo loco ſcribit Salyce.poſſe contractu locationis cauere conductorem, velle ſe retinere loco pignoris, donec de eo quod eius intereſt illi fiat ſatis, aut exoluta ſit pœna. Aliter verò, ſi tantùm caueret ſe habitare velle in domo conducta, ſic vt ab ea expelli non poſsit. Nam hæc tuta ſatis non eſſet cautio: ſecundùm eundem de mente Butr. huic adde Barto. quem bene & ad amuſsim expendit immola in l. Vectigalia. ff.de publica. quo loco dicit finiri hypothe-

Finitria hypotheca finito iure perſonali.

cam finito iure perſonali.

¶ Qua ratione, quod ſolet dici, Colonum ius in re habere, ideo non poſſe expelli, ſanè accipiendum non erit de eo qui rem ſibi obligatam habet ex contractu locationis tantùm: ſed iure reali, ſcilicet vtilis dominii, ſecundùm Barto. ibidem. Quod eſt magnopere notandum. Fatetur tamen quòd ſi locator in iacturam iuris conductoris ſeu præiudicium non alienaturum ſe receperit cum nexu mancipióque locati fundi ſi alienaſſet, non valebit alienatio ſi à ſponſione eiuſmodi alienauit: per Tex. in l. Si creditor. §. fin. verſ. Nullam eſſe venditionem. de diſtract. pig. Hanc quidem cautelam tradit Immola. in l. Filiusfamilias. §. Diui. de lega. j. & in l. Qui abſenti. §. j. poſt Barto. de acquir. poſſ. in l. Si ita quis. §. Ea lege de verb. oblig. Barto. in l. Ea lege. C. de condit. ob cauſ. in l. j. ff. de pact. Atque expende bene & animaduerte quòd Tex. in §. fin. eſt alienus: neque eapropter transferendus ſeu extendendus ad generalem hypothecam.

Nota bene hic.

Si locator promiſit quod nomini vendet in preiudicium conductoris, & pro hoc fundum locatum ſpecialiter obligauerit.

Aphoriſ. 143.

¶ Si iureiurando locator cauerit in contractu conductorem ſe domo non pulſurum,

Si locator iurauerit ĩ cõtractu nõ expellere cõductorẽ etiã ſi voluerit ſoluere dãna & intereſſe non poterit.

poſtmodùm pellere integrum illi non erit, etiã ſi rei locatæ æſtimationem ac id quod conductoris interfuerit pendere voluerit. Do. Anto. in cap. fi. Ne præla. vic. ſuas. Atque huius quidem rei ratio eſt, quòd Iuſiurandum compellat præciſè ad factum præſtandum. cap. Ex literis. le. 2. de reſtit. ſpolia. ext. Bal. in procem. feudo. in l. j. col. 6. C. de ſentẽ. quę pro eo quod intereſt. prof. Do. Anto. & Panor. in cap. Veniens, de iureiuran. do. Anto. in cap. Ex reſcripto. eo titu. Do. Anto. Panor. & Immol. in cap. j. de iudic. in cap. Per tuas. ext. de arbit.

Iuramẽtum compellit præciſè ad factũ

Aphoriſ. 144.

Colonus ceſſans in ſolutione penſionis an poſſit expelli.

¶ Quærat forſan aliquis, An colonus poſſit ſubinde expelli cum penſitationem annuam præſtare deſierit? Et poſſe ſentit Barto. in Authen. Qui rem. C. de ſacroſ. eccleſ. videlicet ſi inter eos aliter non conuenerit. Barto. in d. l. Vectigalia. §. j. de publica. Panor. poſt Butri. & Immol. in cap. Quia ꝓpter. ext. de locato. quo loco immola aſſerit hoc eſſe ſingulare. Mihi tamen ſemper potior viſa eſt ſententia Butrigarij. Bal. Saly. & Paul. Caſt. in d. Authen. Qui rem vbi cenſent expellendum conductorem eùmque prohibẽdum ne vtatur re ſibi locata, vbi primùm penſitare deſierit, per tex. in l. Aedem. C. locati. Verũ ſimul atque penſitationis conditionẽ ferre occeperit, pecuniámque repræſentauerit, poſſeſsione vſúque deiectus re-

Perdit vſum quẽ recuperat offerendo ſoluere.

ſtituitur. Quod quidẽ lõgè ſec' ſeſe haberet, ſi pẽſitationis iſti' ceſſatio bima eſſet, totúmque bienniũ ſoluere deſijſſet: tunc enim omnino locati ac cõducti iure caderet, nulla reſtitutionis ſpe relicta. Ea eſt Baldi opinio in d. l. Aedẽ. Et in l. 2. C. de iure emphyteu. verſ. An emphyteu. poſsit expelli. Idem quoque Salycetus ibidẽ. Ad ſuperius dicta, videto Barto. in l. Quęro interlocatorẽ. ff. locati. Moder. poſt Ange. in d. l. 2. C. de iure emphyt.

Matrimonium & Mulier.

Aphoriſ. 124.

QVæ filia inuito patre atque inconſulto nupſit, iam non poterit iudicis implorare officium aduerſus patrem ad perſcribẽdam conſtituendámque ſibi dotem. Nam cú illa maritum nacta ſit, nequaquam adigetur pater vt dotem perſcribat. Guilel. de Cun. & Bal. in l. Cum his. §. Si mulier. ff. de condi. iudebit Barto. in l. Obligamur. §. lege. de actio. & oblig. in Authen. res quæ. C. Communia de lega. Et fuit Bartoli ſententia, ſecundùm Do. Cardi. in cap. j. de ſponſal. quo loco ait ſe in eadem facti ſpecie, idem reſpondiſſe. Idem quoque Panor. ibidem. & in cap. j. de adulte. & cap. Cum cauſſa. de rapto. Idem do. Cardi. & Panor. in cap.

Pater nõ tenetur aſsignare dotem filiæ quæ ſe inuito matrimonium contraxit.

Accedẽs.Ange.in l.Si ſocer·ſolu. mat.

E contrario tamen ſentit Gloſſ. j. in d. .§. lege. & 32.cauſ.quæſt.2.cap.fi·& 36·cauſ.quęſt.i·cap. De raptoribus & ibidem Archid.Bal.in d.Authen. res quæ, quo dicit filiam quæ cum dote exigua aut omnino nulla nuptias ſubiit, mortuo tandem patre,dotem ſibi petere poſſe. Et hæc recta quidem ſemper ſententia viſa eſt: maximè verò,ſi nupſit homini ſe digno; quíque & generis,& facultatum conditione conueniat. Aliter enim dicendum eſſet ſi abhorreret. Atque ita ſentit Gloſſ. Decreti. Ita etiam Panorm .in Conſil.12. Incip· Vt clarè materia thematis liqueat &c·hoc ακριβῶς & expreſſẽ gloſſ.in d.cap. De raptoribus. Quod limitant do·antho.& immola in d.cap.Accedens. ſi turpi quadam nota indignus cenſeretur maritus: ſecus verò ſi conditione,ac fortunarum copiis tantùm differret. Perſpecta igitur perſonarum qualitate ac conditione rectè animaduerſa teneretur tunc ad dotem filiæ perſcribendam. Cum Bal·in d.Authen.res quæ conuenit Angel·eodem loco.Conueniunt quoque nota. in l.fi.C.de dot.promiſ.

Cõtraria opinio.

Limitatio ad prædictã

Pater quãdo teneatur ad dotẽ filiæ aſsignãdã quæ etiã ſe inuito nupſit.

¶ Compelli etiam poteſt pater vt conuenientẽ iuſtámque dotem filiæ perſcribat ſuæ,ac conſtituat,ſecundùm Bal·ibidem.Immò verò abſente patre,iudici integrum erit perſcribere. l. Profectitia,§·j.ff.de iure dot.Et ad ſuperiorem

quæſtionem vide latè Panor. in cap.j. de deſponſa impube. Et quid iuris quando filia dotata non ſuccedit quæ nupſerit ſine dote. Reſponde petere eam non poſſe vt conuenienter dotetur. Quid ſi relictum acceptauit vt contenta eſſet?. Vide Paul.Caſt.Conſ.119.incip. licet illa domina liſa.&c.

Abſente & etiã incarcerato patre poterit iudex.

¶ Adde iudicem poſſe filiæ dotem conſtituere abſente patre & carceribus occluſo. Ita pulchrè Bal.in l j.circa pen.col.ſolu.matri.

¶ Sed mulier quæ maritũ ĩdignũ elegerit inuito patre,ex hęredari à patre poterit l. Nõ tantũ .§.Si emãcipatis.ff.decõtra tab.Ita Bal.in l.Si pater pactũ.C.de ſpõſalib.Vide Panor.d.Cõſ.12.

Aphoriſ. 146.

¶ Maritus vxorem vt filiam tenebitur alere.§. penult. in Authen. Quib. mo.natu.effi. legit. Innocen.in cap.Per veſtras.de donat. inter vi. & vxo.Vbi etiam loquitur,quando nullam haberet dotẽ.Sed & mortuo marito alenda erit ipſius mariti bonis,ſi viduam ſe ſemper caſtè cõtinuerit,filiæ inſtar.Tex.eſt opt.in l.penult.ff. Vt in poſſ.lega.

Aphoriſ. 147.

¶ Mulierem quæ nulla omnino neque nominatim dotis mentione facta, viro nupſit,

Mulier quæ nupſit ſine do tecēſetur de diſſe marito omnia bona.

prę ſumpta erit ſuſpitio omnia bona ſua dediſſe in dotem: ſi modo viro conuenerit in matrimonium, hoc ſentire videtur gloſſ. in l. mulier bona ff. de iure dot. quam quidem expēdit exactè Barto. ibidem. Idem etiam, Bart. in l. Si conſtāte in 4. quæſt. 3. part principal. Solu. mat. Bal in l. fi. C. de ſenten. quæ ſine cert. quan. Barto. tamen ex aduerſo reſpondet in quæſt. quæ incip Mulier habens magnum patrimonium. Vbi loquitur etiam. Si bona maritus poſſederit vxore patiente minimeque reclamante. Cui videtur accedere Bal. in l. Nulla. Et Saly. ibidem C. de iur dot. Bal. verò Ariſto. in Topi. ſequutus, intelligit, vbi interceſsiſſet traditio : aliter nequaquam cap. j. An marit. ſuccedat vxo. in fi. Quid ſi vxor abſolutè καὶ ἁπλῶς tabulas ſeu inſtruta crediti tradiderit marito, an videatur dediſſe omnia nomina debitorum in dotem? Expende ἀκριβῶς verba Bald. in d. cap. j. ad fi, Et de hac re vide Ludo. Roma. Conſ. 314. incip. in cauſſa propoſitæ conſultationis. Paul. Caſt. conſil. 179. incip. viſis ſtatutis.

Vxorem non dotatam maritus non tenetur accipere.

¶ Maritus enim non cogitur vxorem indotatā ducere. l. ſi donaturus. ff. de condi ob cauſ. Et ibi quando dos fuit ſibi promiſſa, in tex. Ibidē. quem alleg. gloſſ. in Authen. de non eligen. ſeſecundo nuben. §. fi. in verb. Onera. Que tandem conſtituit ac decidit non teneri maritum ad vxorem alēdam, nec maritali affectu eam vt foueat, ac benignè comitérque accipiat. Bal. in

l. de di-

l.de diuiſione.Solu.mat.Bal.in l.Sicum dotem .§. Si maritus.eo titu.quo loco cenſet maritum infra iuſti & pii mariti mores, & ſeuerè cum coniuge agẽtem, dirarum imprecationibus ex ecrationibúſque pontificiis mulctandum ac ex communicandum, niſi vxoris culpa quæ dotẽ non exoluit marito, in cauſa eſſet. Ita moder. Ita Bal. & Saly.ĩ l.Quod in vxorem.C.de nego geſt.Sentit quoque Bal.in d.l.quod in vxorem à ſe abdicare & expellere.

In marites ſeuerè tractantes vxores.

Maritus poteſt expellere vxorem ob non ſolutam dotem.

¶ Quod quidem præſcribendum ac limitandũ fuerit.quandocunque vxor diuitiarum copiis & facultatibus inſtructa, dotíſque præſtandæ compos ex profeſſo detrectat. Ita ſentit Bal. in l.fi.c.de ſenten.quæ ſine ſert.quan.Aliter enim & ſi præſtandæ ipſius dotis eſſet impos, non teneretur.l.Ex diuerſo.Et ibidem Barto. not. Solu.mat.Idem quoque erit dicendum in patre vxoris prædiuite,vel paupere. l. penult. de iure dot.& d.l.Ex diuerſo. Non enim patris inopia moleſta eſſe debet filiæ.Ita Raphael Cũ in d.§.Si maritus cum ſeq. Vbi autem dotem vxor marito non promiſiſſet,eam vir nihilominus ad eam alendam benignéque fouendam adigeretur.§.Quoniam autem ĩ Authen. Quib. mo.nat.effi.legit.l.Quod ſi nulla de relligioſ. & ſumpt. fune. Innocen. in cap. Per veſtras de donat.inter vir.& vxo. Bald. in l. Pro oneribus ad fin.C.de iur.dot.d.l. Quod in vxorem.

Limitatio pulchra.

Maritus malè tractās & expellēs vxorem tenetur ad reſtituendam dotem.

¶ Qua ratione, maritus qui perperam & ſeuerè cum vxore agit, eámque à ſe abdicat & expellit, de dote reſtituenda proculdubio tenetur. Bald. in cap. Ex parte extra. de Conſuetu. Tex. not. in .§. A nobis. Authen. de nupt. Et hoc ſanè locum habet ſi mariti culpa & iniquitate id fiat. Secus autem, ſi vxoris vitio. Cyn. & Bald. in d. l. Quod in vxorem.

Limitatio huius dicti.

¶ Vnum tamen notabis, quòd in lucrãda & acquirenda ſibi dote, habenda erit ratio conſuetudinis domicilij mariti, vbicunque etiam bona vxoris ſita fuerint. Chaſſan. in Conſuetu. Burgund. Titu. Des droictz & apparte. à gens mariez .§. 2.

Aphoriſ. 148.

Dos quo ad maritum eſt titulus oneroſus: quo ad filiam, lucratiuus.

¶ Titulus dotis, quatenus ad maritum attinet, oneri potius cenſetur eſſe quàm commodo & lucro: quod verò ad filiam ſpectat, in lucri cauſſa eſt omnino poſitus. l. fin. .§. j. & ibidem Barto. ff. de his quæ in frau. credit. Itaque pars ea dotis quæ ex pacto, vel ex præſcripto formáve ſtatuti, marito quæritur, ſoluto matrimonio non dicitur eſſe apud maritum ex cauſſa lucratiua, nec ex mero lucro. Illam enim apud ſe iure quodammodo ſuo retinet, penſandi oneris gratia, quod in matrimonio capeſſundo ſubierat. Gloſſ. Bal. & Docto. in l. Si donaturus. ff. de condit. ob cauſ. Tex. not. cũ Gloſſ. in

verb. Lucrum.quem expendit adamuſsim Ange.ĩ l.j.§.Si verò.C.de imponen. lucra. deſcrip. lib.10.Bal.in l.Conſtante. C. de donat. in Authẽ.Præterea.C.Vnde vir & vxor.Et ideo tex. in l.Si ab hoſtibus.§.fi.in verb. Lucri. ff. Solu. mat.& in l.Pro onerib⁹.C.de iure dot. in verb. lucrari intelligitur propriè ſecundùm Ludo. Roma.& Neotericos in d.l. Si donaturus. Nimirum quia Bal.in l.Hac edictali in prin.C. de ſecund.nupt.dixit,vſque ad ratam expenſarum (hîc quòd ego à gothicis Baldi verbis noluerim ex profeſſo recedere, dabitur mihi venia) ſtatutum nõ cenſeri habere titulum lucratiuũ. Huic rei conuenit quod pulchrè not.Bald.per tex.not.in l.fin.de fundo dota. in l. Si traditio verſ.xi.quęritur.C.de actio.emp. Et quod not. Bal.& Saly.in l.Quod in vxorem.C.de negot. geſt.

Intellect⁹. l. Si ab hoſtibus.§.fi.ſolu.mat.& l. Pro onerib⁹ C. de iure dot.

Aphoriſ. 149.

¶Mulier,atque id genus perſonæ, excuſari non ſolent ob iuris ignorantiam: exceptis tamen aliquot ſpeciebus ſeu caſibus à iure expreſsis.l.fin.& ibidem Barto. & Docto. C. de iur.& fa.igno. Bald. in l. fin. C. de iure delibe. Idem, Bald. in l. j .§. Nuntiatio de no. ope. nuntia. Gloſſ. 38. diſt. cap. Ignorantia &. 1. cauſ. quæſt. 4. cap. Item ignorantia.

Mulierẽ quãdo iuris ignorantia excuſet.

¶Bal.in l.j.C.de iur. & fa.igno . Quæ enim ad ſummum ius ſpectant καὶ ἄνω βοσίκασιν

In iis quæ ad rigorem iuris ſeruandum pertinẽt non attenditur ſexus: ætas & ruſticitas.

exactiúſq; καὶ ἀκριβῶς obſeruãda ſunt, nec vlla ſex⁹ habetur ratio, nec ruſticitatis, ſicut nec ætis. Bal. in l. Iuris ignorantia. C. Qui admitti ad bo. poſ. Et Barto. in d. §. Nuntiatiõ. & ibidem Neoterici. Longè tamen facilius in muliere, ruſtico, & minore ſuſpicatur ignorantia iuris, quàm in reliquis aliis. Gloſſ. in Authẽ. de ritu. nupt. ad prin. in verb. Sciens. Vide Alex. Conſil. 156. incip. Viſo & conſiderato.

Mors.

Aphoriſ. 150.

Mors ciuilis quãdo æquiparatur naturali.

MOrs ciuilis non adæquatur naturali, præter quàm in ſpeciebus & caſibus iure nominatim atque expreſſè cautis. Gloſſ. in cap. Suſceptum. in fi. & ibidem Geminia. de reſcrip. lib. vi. Idem, gloſſ. in cap. Placuit. 16. cauſ. quæſt. j. Quas quidem, Bal. citat in l. Gallus. §. Et quid ſi tantùm. de libe. & poſthu. Idẽ quoque ſentit ipſe Bal. in Authen. Si qua mulier. C. de ſacroſ. eccleſ. Tex. & ibidem Scribẽ. in l. Ex ea parte. §. In inſulam, de verb. oblig.

Monachi.

Aphoriſ. 151.

MOnachi, qui Latinè ſolitarii interpretantur vnde & Monaſterium dictum, etiam

ſiã monachis dereli ctũ ſit.cap. Cum dilectus. de conſue.adæquantur ſeruis:quæquedicuntur in iure de ſeruis, ea ad monachos trahi ſolent. Barto.in l.j.ff.de ſtipul.ſeruo.in l.Tutor. ff.de bono. poſſ. Bartol. Bal.& Docto, in Cum non ſolùm in prin.C.de bo.quæ-libe Ange.in l.Stichum.§. Vſumfructũ.ff.de ſolutio. in l. Si quis vxori.§. Si ſeruis.ff.de furt. Alleg. paſsim Innocen.in cap.Cum olim eſſemus.ext. de priuileg. Bal.in l. Si-liber.C.de condi.ob cauſ.

Monaſteriũ vnde dictũ.

Monachi æquiparantur ſeruis.

¶Quod verum eſſe dicendum fuerit in acquirendo rerum dominio. Aliter enim, veluti his quæ ad ius ſpectant agnationis,adæquatio locum non habet, Ita ſcribit Ange.in rub.de ſtipul.ſeruo. Ecce enim poteſt tãtùm Abbas monachum ſuum hortari & admonere ad pactorũ obſeruationem, quemadmodum Dominus,ſeruum: pater,filium: conſtringere autem nequit. Cyn.Bal.& Ange.in l.Si aliter.C.de condi. ob cauſ. Docto.in l.Cũ adfirmes.C. de libe. cauſ. Cyn.Bal.in l.Interpoſitis.C.de tranſact.

Limitatio dicti ſuperioris.

¶Vnde fit vt Abbati qui monacho ſuo Sacerdotij alicuius miniſterium in vitæ tempus conceſſerit, liceat idipſum reuocare. Non enim Abbas obligatur monacho, ſicut nec dominus ſeruo. Ita Panor.in cap.Cum ad Monaſterium. ext.de ſtatu mona.dicens ſe aliquando in eadem ſpecie reſpondiſſe. Nam monachorum volũtas à ſui abbatis dependet arbitrio. cap.Si

religioſus, de elect. lib. vi. & cap. 2. de teſtam. cod. lib. Immo verò ſi nunquam ſe reuocaturum ſacramento ſit obteſtatus, valebit nihilominus reuocatio, quamuis periurij fraudem impegerit. Alleg. Ioan. And. in cap. Non eſt obligatorium. de reg. iur. lib. vi. hanc etiam diſceptationem nominatim conſtituit & decidit expreſſè Panor. in cap. Ad audientiam. de confir. vtil. quo loco in hanc rem profert Fede. de Sen. in ſuis Conſ. Et Immol. in cap. Inſinuãte. Qui electi vel vouen. Hoſtien. in d. cap. Inſinuãte ſcribit, quòd licet Abbas monacho conferens prioratum, iureiurando ſe obſtrinxerit, collationem prioratus (ſic autem nos loqui res propoſita cogit) non retractaturum, nec monachum illum, antequàm vita exceſſerit, de ſacerdotij collati gradu deiectu rum deturbaturúmve, nihilominus tamen aduerſus eam quam dedit fidem, poſſe retractare. Idem Geminia. in cap. Præſenti. de offi. ordi. lib. vi.

Velle monachorum dependet à voluntate Abbatis.

Quãdo Abbas poteſt venire contra ſuum iuramentum.

Aphoriſ. 152.

¶ Si monacho Papa prioratum aliquem contulerit, integrum nõ erit Abbati monachum ſuum cogere vt Sacerdotio illo prioratus abſtineat. Archid. in cap. Præſenti. de offi. ordi. lib. vi. In his nanque negotiis emancipatorum iure cenſentur. Quæ ſententia fuit Innocentii in cap. Cum inter. ext. de elect. Idem quoque

dicendum fuerit & ſi ipſe Papa confirmaſſet. Ioan.And.in d.cap.Præſenti.

¶Sed Lappus, Abbas, ibidem dixit Sanctione Benedicti xij, habentes prioratus & beneficia in ordine nigrorum monachorum S. Benedicti, ſubeſſe in omnibus & per omnia Abbatibus, & poſſe ad nutum reuocari in beneficijs manualibus, hæc ſunt verba germana Lappi à quibus nephas recedere iudicaui.

Quãdo Abbas poterit de beneficio Monachum ſuum deponere.

¶Sed Paul de Eleaza.ait Illud locum obtinere, quando iure tranſlatitio ſeu deuoluto ad Papam, Sacerdotium.petitum fuit. Secus ſi de gratia(vt loquuntur) vel vbi beneficium de ſui natura perpetuò collatum: ſicuti his propemodum verbis tradit Geminia. in d. cap. Præſente.

Notandum.

¶Adde quòd hodie Monacho etiam legibus nõ ſoluto nulláque gratia facta ſeu abſque diſpẽſatione, licet, eccleſiæ parœciali per epiſcopum, de cõſenſu Abbatis præeſſe: quamuis nõnulli cõtra ſenſerĩt. vt not. Ludo. Roma, Cõſ. 272. Sed poteſt papa monachum legibus monaſticæ profeſſionis ſoluere, iuberéque in priſtinum prophanæ cõditionis ordinẽ redeat: & id quidem maxima ex cauſſa. Immò magis poteſt ſanctione conſtituere ut monacho liceat πρὸς γαμὸν συνάπτεσθαι nuptiáſque cápeſſere, aut vxorẽ apud ſe retinere. vt ſcribit Immola in l.

Papa poteſt diſpenſare quòd Monachus redeat ad ſeculum: & magis, quòd poſsit accipere vxorẽ. Quæ notabis.

in ſubſtitutione.ff.de vulga. & pupil. Ita quoque hoſtien. Qui cleri. vel vou. §. Quis vouens verſ. Videtur igitur quòd ſummus Pontifex. &c.

Aphoriſ. 153.

¶ Quanuis Monachus prior Clauſtralis quòd nulla cauſſa ab Abbate Sacerdotij miniſterio motus fuerit, prouocandi poteſtatem non habeat, poterit nihilominus conqueri, & iudicis implorare officium. Ioan. And. in cap. Cum ſingula. De præb. lib. vi. qui de hac re ſe refert ad notata in d. cap. Inſinuante. Qui cleri. vel vouen. Abbas in Clemen. j. de ſupplen. negli. præla.

Aphoriſ. 154.

Perditur dignitas Comitatus vel nobilitatis per profeſsionem Monachalē & ingreſsū relligionis.

¶ De dignitatis gradu deiicitur Comes Marchio vel quiuis alius ingenuus & nobilis κατὰ τὴν ἱεροδουλίαν atque vbi primùm ſe in familiam monaſticam cōtribuerit, nomén que dederit, ab Archimādrita ſeu ordini & Collegio præfecto ſacramento rogatus. Gloſſ. 27. cauſ. quæſt. 2. cap. Scripſit in Gloſſ. j. 20. cauſ. quæſt. 3. cap. præſens in verb. Comes. Quas quidem Gloſſ. comprobat Specu. titu. de ſtatu mo. §. j. verſi. xi. Bal. in l. Deo nobis. C. de epiſ. & cler. Gloſſ. 3. in cap. j. in Gloſſ. fin. de iuram. calum. & in cap. fin, de ſta. regal. Idem Panor. ibidem.

¶Diuerſum tamen Do.deuota ſenſerunt com pluribus rationibus. vt refert & ſequitur Ludo.Roma.in ſuis Singu. in Singul. incipien. Vtrum mobil.&c. *Contrarium.*

Mora.

Aphoriſ. 155.

QVandocunque legis vel hominis præſcripto ſeu diſpoſitione mandatur per canonem latæ ſententiæ(puta, ipſo iure, aut per verba, Ipſo facto, quod ipſum idem ſignificat quod, ipſo iure. Gloſſ.aurea Clem. Ne in agro.in verb.Ipſo facto.§.Quia verò de ſta.mo. quam not.Bald.in Authen. Habita ad prin. C. ne fil.pro pat)aut ſi vſurpatum fuerit verbum. Mox,& ſimilia,non poterit tunc purgari mora:nec pœnitentiæ locus vllus relinquitur ſecundùm Gloſſ.& Bald.vbi.ſ.Et Tex.in l. Qui ob rem de condi.indebit.l. Si is cui & ibidem Angel.ff.de lega.2.Gloſſ.in cap.Mora de regu. iur.lib.vi.& in cap.Licet Canon. in verb. priuatus in cap.Cupientes.§. Quod ſi per reſcripti in ver.expectati.de elect.lib.vi.Ange.& Immol.in l.Si inſulam de verb.oblig. Tex.ī verb. Mox.quem expendunt Scrib. in l. Si quis maior.C.de tranſact.Bald.in l.Si pacto quo pœnā ad ſi C.de pac.Bald.& Ang.in l. etſi poſt tres. Si quis caut.

Aphoriſ. 156.

In omni caſu quo ius aduerſarii non efficitur deteri⁹, mora poteſt purgari de æquitate canonica.

¶ Vbicunque δικαιώματα iúſque aduerſarij fraudem captionémque ſubire non poterit, nec reddi deterius, ex æquo & bono pontificiarum ſanctionum, ſemper poteſt purgari mora. Bald. in l. Qui crimen. C. Qui accuſa. nõ poſſ. Alleg. not. in cap. Apud miſericordem 32. cauſ. quæſt. j. Idem Bald. in l. Si pacto quo ad pœnã. C. de pact. Idem quoque Do. Anto. & clarius Immol. in cap. Dilecti ext. de arbit. Præſcriptum enim ſeu diſpoſitio cap. Potuit de locato. ſecundùm æquitatem iuris pontificij eſt interpretandum. Vide Roma. Singul. 458.

Moræ purgatio quãdoimpediatur.

¶ Aſt vbi iurata eſt diſpoſitio, impeditur purgatio moræ. Ange. in repeti. l. Si inſulam de verbo. oblig. vi. fallen. per tex. in l. Si quis maior. C. de tranſãct. Qua ratione, ſi in contractu Emphyteuta iuraſſet, non poſſet purgare moram. Ludo. Ro. Cõſ. 407. quo loco citat gloſſ. ſingul. in d. cap. Apud miſericordem. quæ voluit moram purgari poſſe: etiam vbi iuriſiurãdi relligio interceſsiſſet, ad vitanda n pœnã ſpiritalem. vt pulchrè per d. Ludo. Conſ. prædicto. Vide eundem Roma. Sing. 458.

Die non expreſſa et quæ nõ poteſt prævideri nõ purgari morã.

¶ Præterea & quandocunque tacita eſt dies neque nominatim cauta aut expreſſa, atque incerta, ſic vt non queat antè videri, ſeu in mandatis ſupremis, ſeu in contractibus, nunquam admittitur moræ purgatio. Tex. ſolem. in l. j.

verſ. Niſi fortè.ff.de penu lega.Ita Barto. i l. Si inſulam.Et in l.Qui Rome.§. Flauius.de verb. oblig.Adde etiam ſi lubet, quòd tanta & certa, & quæ præuideri poteſt, non oberit tamen purgandæ moræ, eatenus quatenus ad vitandam pœnam attinet. Bal. in l. Acceptam in 21.quæſt.C.de vſuris. Tex. in l. Si cum dies.§. fi.& l.ſequen.ff.de arbit.

¶At verò, cùm tempus & dies ſimul & pœna ex eodem manant fonte, vt quia lex præſtituat diem & pœnam, purgatio moræ nũquam admitti conſueuit. Secus autem ſi dies ab hominis præſcripto, pœna verò à lege ſcaturiat: aut è contrario. Gloſſ. not. in cap. Licet canon. in verb. Priuatus. de elect. lib. vi. Ange. Immol. & reliqui. in d. l. Si inſulam. de verb.oblig.

Cum dies, & pœna ex eodẽ ſimul procedunt non purga.

¶Sed huic regulæ locus erit vbi dies & pœna ab hominis præſcripto inſtitueretur: non ſi á lege. Mitiùs enim cum ipſa lege agitur l. Celſus.ad fi.ff.de arbit. gloſſ. in l.Si quis rem. .§. Voto. ff. de pollicita. Barto. in l. Amplius. rem rat. hab. Hócque probatur in cap. Placuit. ext. de locato. vbi admittitur. purgatio moræ. Manant tamen & dies & pœna ab vno eodémque fonte, atque ab ipſa lege. Aut vbi lex exequeretur ipſo iure. in eum mehercule ſenſum capit Immola,gloſſ.in d. cap. Licet. & in d.cap.Potuit.2. col.

Limitatio huius regulæ.

Notorium.

Aphoriſ. 157.

Notoriũ debet allegari. NOtorium, quamuis probatione teſtificationéque minimè egeat, nihilominus allegari debet & citari Tex. eſt ſolemnis, vbi Barto. & Docto. in l. Si adulterium cum inceſtu. §. Idem Pollioni. & ibidẽ Barto. & docto. ff. de adulte. Gloſſ. Ioá. And. & docto. in Clem. Si appellanti. de appella. Ange. in l. Eum qui. §. Publiciana. ff. de publicia Bal. in l. Etiam. ad. 9. col. C. de execut. rei iudi. Saly. in l. Certi iuris. C. locati. Bartho. in l. rem alienam. de pig. act. Ange. in l. Super. C. de præſcrip. long. temp. dũ ſentit bonam fidem allegandam eſſe & dominium. *Bona fidei dominiũ debet allegari.* Plenè in hanc rem Ioan. And. in cap. 2. Vt lit. non conteſt. Quamuis aduerſus hanc ſententiam ſcripſerit Bal. in l. 2. C. de legit. hæred. Quod quidem in facto alieno locum habet: ex quo lex præſumit aliquid, quod in meã gratiam fauorémque cedit ſeu reſultat. Non enim eſt nocere, citando anticipata iſthæc iudicia iuris, ſeu præſumptiones,

¶ At quando Notorium ab onere probationis & allegationis liberet releuétque, videto diffuſè per Fely. in cap. Cum ordinem. in verb. ad gloſſ. in Clem. Appellanti. ce re iudica. Quo loco deſcribit ſeptem declarationes (vt vocat) ad

illud dictum vulgare, Notorium non releuare ab onere proponendi, licet releuet ab onere probandi.

¶ Notorium igitur tametſi probatione non egeat (vt iam dictum eſt) vt not. per gloſſ. in l. j. C. Qui & aduerſus quos, tamen requiritur ſententia, vbi aliâs neceſſaria eſſet ipſa ſententia. cap. Cum ſit romana ad fi. de appel. Barto. in l. Emptorem. in princip. ff. de actio. empt. Gloſſ. in cap. Ad noſtram 3. de iureiur. Bal. in l. j. de curato. fur.

¶ Quod ſuperiore capite dixi Notorium eſſe præſumptum iuris præiudicium, quod laudare non ſit neceſſe. Barto. in l. Qui. aliena ff. de acquir. hæred. hoc accipiendum cenſeo, vbi oriretur præſumptio ex facto laudantis ſeu allegantis ipſum Notorium: vt declarat Barto. in l. Rem alienam. de pigno. act. Bal. in l. Etiam. C. de execu. rei iud. At verò ſi ex facto alieno lex quicquam præſumat quod in mei gratiam cedat, tunc nihil erit opus hanc ipſam præſumptionem laudare: ſed ſatis erit legem præſumere. Ita Barto. in l. Cum quid. Si cert. ff. Tex. eſt in l. Omnes. §. Lucius. de his quæ in frau. cred. Ita Do. Abbas. in cap. Adferte mihi gladium de præſumpt. Atque in eum ſenſum accipienda eſt l. Si adulterium cum inceſtu. de adulte. d. §. Idem Pollioni. Sic quoque intelligendus Bal. in l. 2. C. de legit. hæred. Idẽ quo-

Notoriũ eſt præſumptio iuris ſine allegationis neceſſitate, qualiter hoc intelligendũ

l. Si adulteriũ de adult. qualiter intelligenda.

que cum Bartolo & Panor.ſentit Do. Anto. in cap.Si cautio.de fid.inſtru. & in d. cap.2 . circa 6.col.Io.de Immol.in cap.Super hoc.de renuntia.extra.9.col.

Nuntiatio.

Aphoriſ. 158.

Nūtiationo. oper iure vel iniuria, qualiter intelligendum.

NOui operis nuntiatio,licet contemnenda non ſit quo iure quáque iniuria fiat, vt l. j.in prin de no.ope. nuntia.hoc tamē erit limitandum, in dubio,ac cum de ambiguo difficilique iudiciū cōſtituitur. Aliter verò, vbi controuerſia fuerit iuris penitus incerti de mutatione noui operis. quæquidē Barto. eſt ſententia alleg. Azo. & ſpecu.in l.j. §. Alleg de no. ope. nuntia. Quam Bart. ſententiam multùm expendunt Moder. Idem etiam Barto.in.d.l.j. .§. Nuntiatio aut fit iuris noſtri verſ. Quid ſi quis in mari:quo loco ait nuntiationem ſpernendam cum nuntiator eſt manifeſtò in calūnia.Idem quoque Barto. in d, l. Ea lege .§. fi. verſ. Sed opponitur. Quando autem dicatur compertiſsimum,nuntiatori ius non eſſe, eleganter ſcribit Barto. in d.l.j.in prin. verſ. Venio ad quæſtionem. Similiter etiam & poteſt nuntiatio negligi, ſi modò eſt mera periculum allatura, maximumq; damnum ei cui fit nuntiatio: nuntiantis verò nulla ſit aut ſaltem mi-

Quando dicatur certum eſſe. Nuntiātem non habere ius.

nima iactura ex ędificatione. vt per Barto & docto. in l. de pupillo. §. Si quis riuos. ff. eod.

Aphoriſ. 159.

¶ Satisdatione præſtita per eum cui facta fuerit nuntiatio, intelligitur remiſſa ipſa nũtiatio noui operis: niſi dicat nuntians, Hodie cõſtat, hodie agatur. Tunc enim remiſsio fieri non cenſebitur: neque ſatiſdationi erit locus. Immò verò totos treis menſeis erit abſtinendum, dum dirimendæ explicandæque controuerſiæ iudices incumbent. l. vnic. C. de no. ope nuntia. & ibidem per Saly. & Docto. & Gloſſ. & Barto. ibi in l. j. in prin. ff. eod. titu. cap Significantibus. & cap. fi. eo titu. & ibi per gloſſ. & Docto. pleniſsimè. Barto. diffuſè & docto. in l. Prætor. §. Si quis paratus. ff. eo. titu.

Nullitas.

Aphoriſ. 160.

NOn eſt propriè Nullitas dicẽda exceptio, ſed Defenſio: ita pulchrè dixit Bal. in l. j. C. de iur. & fa. igno. & in §. Iudices. de pace iura. fir. in verſ. Feudũ. Citat in hãc rẽ Ioan. And. in nouel. in cap. j. in fi. de reſcrip. lib. vj. His adiicio dictum ſingulare Baldi. in l. Cum lex. C. de epiſ. & cler. quem *Nullitas propria ſignificatione.*

Nullitas opponi poteſt ſi deeſt ſolemnitas.

profert Ange.in l.Paulus ff.de vſur. Quo loco ait nullitatem opponi poſſe,ſi deſunt ſolemnia tam&ſi aliâs nequeat excipi. Idem Ange. per gloſ. ibi in l.Non erit.§. dato. de iureiur.

Aphoriſ. 161.

Actus null9 non trahit ſecum executionem, nec operatur effectum.

Ex contractu nullo.

Nulla conteſtatio Nulla citatio nihil operatur.

Maximè propter defectũ Iudicis.

Per citationem nullam non interrũpitur præſcriptio nec perpetuatur.

¶Sed nec quidem actus nullus executionis vim habet, nec effectu aliquo debet cenſeri. Bal. in l.Sub prętextu.C.de tranſact. Atque etiam ex contractu nullo, non oritur obligatio naturalis. Bal.in l.Cũ quis.C.de iur.& fa.igno. Barto.in l.non ſortem in prin.ff.de cõdict. indeb.in l. Cum lex.de fideiuſſo. Inualida enim cõteſtatio,ſicut nec citatio,nihil operatur. Bal. in l.j.C.ne ex delict. defunct. Alleg. gloſſ.in l. Si pater.C.ne de ſtatu defunct.vbi cenſet cõteſtationem litis per actum nullum fieri minimè poſſe:ídque abſente potiſsimùm iudice.Idem quod notat. gloſſ.in d.l.Si pater, ſenſuit etiam gloſſ.in cap. vt debituſ.de appella.Per citationem quoque nullam &inualidam non cẽſebitur interrupta præſcriptio, nec perpetua facta iuramento cap. Propoſuiſti. vbi tex. de fo. comp.Clem.2 vt lite penden. Ad hoc facit quod not. Bal.poſt Barto.in rub.C.de in ius vocan. Latiſsimè iſthæc omnia explanat Ludo. Rom. Conſil. 412.incip.Pro habenda ſubſtãtia veritatis. Atque in hanc partem, quòd ſcilicet Actus nullus,nullo cenſeatur effectu ac nihil operetur, nec iuriſditionem perpetuet,

declinet,

declinat tendítque Ioan.And.in cap.Venerabi lis de offi.deleg.Et gloſſ.Ioan.And. in cap. Cũ plures eod.titu.lib. vi. Idem ſentit Archid. in cap. Quanuis de offi. deleg. lib. vi. & 3. cauſ. quæſt.6.cap. Non liceat. Ange.in l. Si quis poſtea de iudic. Petr. Anchar. & Geminia.in d. cap.Cum plures Gloſſ.in cap. Poteſt 16. cauſ. quæſt.3.Bald.in cap.Licet de offi.deleg. Ioan. de immol.in cap.Cõſtitutus de reſcrip. Quanuis do.Card.in d.cap.Venerabilis ſenſerit cum hoſtien.iuriſdictionem nullam per citationem etiam nullam perpetuari. Addo Gloſſ. ĩ Clem. Conſtitutionem in verb.legitimè delect. Vide Ludo.Conſ.224. *Contra Cardi. & Hoſtien.*

¶Præterea & nullitas actus, pœna cenſetur. Iacob.Butrig.per tex.ibi in l.Non dubium. C. de legib.Bald.verò in l.Nemo martyres.C. de ſacroſ.eccleſ.diuerſum ſenſit: hac ſanè ratione, quòd pœnalis priuat aliquem iure vel cœpto vel quæſito.Alleg.Ioan.And. in Nouel in cap,fin.de elect.lib.vi.Idem,Bald. in l. Placet eo titu.quo loco dixit quòd ſi Emphyteuta iure ſuo emphyteutico cadat ob non perſolutam penſitationem, non dicitur pœna, ſed natura contractus.alleg.Gloſſ. in Authen. Qui rem. Sed Bald.in l.Si pacto quo pœnam.C. de pact. dixit hanc eſſe pœnam legalem. *Pœnalis actus.* *Nullitas pœnalis quando.*

¶Si autem ob neglectum omiſſũmque modũ & formam, actus fiat nullus, tunc non dicitur

pœna. Et in ea ſpecie locus erit ſententiæ ſeu procedet dictum Ioan. And. in d. cap. fi. Contrarius tamen fuit idem Io. And in cap. diſpendia de reſcrip. lib. vi. ſcilicet quòd cenſeatur pœnalis diſpoſitio: propterea quòd nullitas actus, pœna eſſe dicatur. l. Senatus. ff. de contrahen. empt. Tex. optimus in cap. Si religioſus. de elect. lib. vi. Gloſſ. in cap. Decet de immunita. eccleſ. eod. lib. gloſſ. in cap. 2. de conſtitu. & ibidem videto Panor. & eúdem in cap. Qua fronte de appel.

Annullatio actus eſt pœnalis diſpoſitio.

Actus nullitas pœna.

Aphoriſ. 162.

¶ Quæcunque aduerſus præſcriptum hominis quo aliquid vetuit negauit que fieri, geſta actáque fuerint, regulariter nulla dici non debent, etiam ſi papa ipſe prohibuiſſet: niſi præſcriptum illud prohibitorium perpetuam haberet prohibendi cauſſam: aut in eum qui ſit negocij gerendi impos concipiatur, cum de facultate concedenda agitur. Gloſſ. in Clem. j, in verb. Inhibitiones de iure patro. Aliter autem dicendum fuerit, nec præſcriptum feſelliſſe cenſebitur is, qui pro iure ſuo egit, cuíque ius erat gerendi id genus negotij. Valebit etenim quodcunque ab eo actum fuerit, etiam aduerſus præſcriptum quamtumlibet prohibitorium. Gloſſ. & Docto. in cap. Ad diſſoluendum. de deſponſa impub. Tex.

Geſta contra phibitiones hõis nõ ſunt nulla niſi pbibitio habeat perpetuam cauſſã prohibendi vel niſi apponatur alias poteſtatẽ non habenti gerendi ipſum actum in cõceſſione poteſtatis.

not.in cap.2.de in integ.reſtitu.cap. Dilectus. le.j.de præb.

¶Quod locum non habet,vbi præter prohibitionis legẽ, ſtatutum eſſet,irritum caſsúmque factum iri quod aduerſus eam actum erit: ſecundùm Gloſſ. & Docto.in d. cap. Ad diſſoluendam. *Falientia.*

¶Quotienſcunque enim præſcriptum aliquod, ſeu(vt vocant) diſpoſitio habet decretum irritans, etiam ſi conueniant inter ſeſe partes, quodcunque contra erit actum, nullum cenſebitur: nec poſſunt iuſta ſolemnia renunciare ac eiurare, etiam ſi id fauorem partis reſpiciat Gloſſ. not. in Clemen. j. ſub fin. de reſcrip. Geminia. in cap. fin. de offi. deleg. lib. vi. in cap. Statutum .§. Cum verò de reſcrip. eod. lib, Immola in cap. Nonnulli exod.titu.in antiq. *Decreti irritantis quanta vis.*

Aphoriſ. 163.

¶Tametſi vel conſtitutio,vel ſtatutum prohibeat opponi nullitatem, ſeu nullitatis exceptionem proponi, non cenſetur nihilominus nullitatis excluſa obiectio, quæ quidem nullitas ſcaturiat atque oriatur ab imminutione & pauperie tum poteſtatis tum etiam *Nullitas reſultans ex defectu poteſtatis vel iuriſdictionis ratiõe perſonæ vel ipſ actũ*

iuriſdictionis, ob perſonam, vel iudicem eius qui negotium geſsit. Gloſſ. quam ad hanc rem communiter docto. expendunt, maximè Do. Anto. Pet. Anchara. Io. de Immol. in Clem. prima. de ſequeſt. poſſ. & fruct. docto. in Clem. j. de re iudic. Gloſſ. in §. Appellantur. in gloſſ. magna ibi, Vel cum iudex non eſt ſuus. &c. Inſtitu. de except. Gloſſ. in l. Tam & ſi. ad Macedo. Gloſſ. in l. j. C de iur. & fa. igno. gloſſ. in l. j. in fi. Quod quiſque iur. Et ibidem Bal. addens vitioſa magis reddi nõ poſſe ſtatuta ac iudicia, quàm cũ claudicat peccátque iuriſdictio. Tex. in l. j. ff de pœnis. Idem Bal. in l. Eum qui. de iuriſdit. om. iud. in l. Si vnus §. Pactus 9. col. & in l. Tale. §. Qui prouocauit ff. de pact. in cap. Super literis. ext. de reſcrip. in l. Scire §. fi. ff. de excuſ. tuto. in l. Ciuilis. de minorib. in l. licet. C. de procu. in l. j. C. ne liceat tertiò prouoc. Ange. in l. Si expreſsim. ff. de appel. & in l. 2. C. de fideiuſſo. in l. fi. C. Si ex fal. inſtru. in l. Marcellus. ff. de iudic. & in l. j. C. Si à non comp. iudi. in l. j. C. Quando prouo. non eſt neceſſ. in l. Ex quacunque ibi. Septimò fallit. Si quis in ius voc. non ierit in l. Paulus. ff. de vſu. Vide. Alex. in l. Non erit §. dato. de iureiuran. Indè fit vt quamuis ſtatuto cautum ſit quẽquem excipere non poſſe aduerſus inſtrumentum & tabulas arbitrij, ſi tamen nullarum fuit virium compromiſſum, nihil prohibebitur quominus obiicere poſsis exceptionem aduerſus has arbitrij tabulas. Atque ex conſequenti nul-

Nullum maiorem in ſtatutis & iudicijs defectum & nullitatem eſſe poſſe quàm defectum iuriſdictionis.

Non prohibetur opponere & excipere cõtra inſtrumentum laudi, quando nõ tenuit cõpromiſſum Et ſi nullitatem ex defectu poteſtatis.

litatem obijcias ex vitio poteſtatis claudicãtis Ita Bal.ſequutus opinionem Guillel.de Cun. in l. Si cauſſam. C.de execu.rei iudi.Idem quoque ſentit Barto.in l.2. .§. Prætor ait. Qui ſatiſda.cog. Atque etiam quamuis exceptione oppugnare teſtamentum, vel tabulas inſtrumentúmve profeſſum ſeu inſinuantum prohibeatur: poterit tamen obiici nullitas contracta vitio iuſtorum iudicialium. Ita Ange.in d.l.Paulus.ff.de vſur. Quo loco profert ſingulare dictum domini ſui Baldi.in l. Cum lege. C. de epiſco.& cler. Idem. Bal. in authen. Præſente. C.de fideiuſſo.

Ex defectu ſolemnitatis quid.

Aphoriſ. 164.

¶ Iam verò, quamuis Nullitatis exceptio executori non obſtet quin lege agere poſsit, & iudicatum tribus ſententiis conuenientibus, exequi, vt Clem.j.de re iudica. ſi tamen allegatur. Nullitas quæ ex vitio poteſtatis ac iuriſdictionis oriatur, exequutioni erit locus. per gloſſ. ordina. In Clem.j.de ſeq.poſ.& fruct.

Licet nullitatis exceptio executionem triũ ſentẽtiarum conformium nõ impediat, tamen aliter erit ſi nullitas procedat ex defectu poteſtatis & iuriſdict.

¶ Veruntamen gloſſ. in d. Clemen. j. de re iudic. in verb. pendere, eſt in contraria ſententia. Sed hæc opinionum pugna concilianda erit, vt Limites gloſſ. illam in verb. pẽdere, procedere vbicunque enaſcentur præſumptæ ſuſpitiones anticipiatáque iudicia ex triplici triũ illarum ſententiarum homología ſeu conue-

nientia. Secus enim latâ vnicâ ſententiâ procedit tex. cum gloſſ. in d. Clem. j. de ſequeſt. poſ. & fru. Lappus tamen diuerſum ſentit in d. Clem. j. de re iud. Cum ſententia lata à non habente poteſtatem, ſententiæ nomine cenſeri meritò non debeat. Cui quidem Lappi ſententiæ ſubſcribit Anchar. ibidem dicens ſe minimè arbitrari tutum eſſe à gloſſæ opinione recedere: quæ ſingularis eſt gloſſ. in d. Clem. de ſeq. poſ. & fru.

Pulchræ Limitationes ad hunc Aphor.

¶ Limitabis præterea. d. gloſſ. in verb. pendere, vbi diſpoſitio in totum non repellit atque inducit exceptionem nullitatis, ſed producit tantum & protelat in tempus, quo perfecta fuerit executio: cum longè aliud ſit exceptione ſubducere ac ſummouere, aliud item exceptionem ipſam proferre produceréque. Sic igitur, cum de bræui præiudicio & dilatorio, quæſtio fuerit, d. gloſſ. locum habet. Aliter verò, vbi omninò induceretur & antiquaretur nullitas. Sic enim de iuris iactura perpetua præiudiciò ve peremptorio ageretur. In hanc ſententiam ſcibit Immola proferens Do. Antho. in d. Clem. j. de re iudica. Quamuis Anchara. improbet, propter notorietatem (vt dicunt) quòd notiſsimum ſit poteſtatem claudicare, vitioſámque eſſe. Qua ratione improbat d. gloſſ. in verb. pendere.

Reprobata gloſſ. ĩ Clem. in verb. pẽdere. de re iudi.

¶ Remotis igitur exceptionibus nullitatis,

non intelligetur remota exceptio notoriæ nullitatis. Quod multis ijſdémque elegantiſsimis rationibus comprobat Panorm. Conſil. 44. cui initium eſt,duo ſunt dubia.&c.

¶Idem Panor.Conſ.64.incip.Venio ad primum. in vlti. col. Quo loco profert Oldra. & permulta alia iura. Ego verò Bartolũ in l.j.ad princip.in vi.oppo ff. de no. ope. nuntia. & Gloſſ. in l.j .§. hoc interdictum. de tabu.exhib.Ludo.ro.Conſ.incip. Viſis quàm egregiè.&c.

Aphoriſ. 165.

¶Nullum & incongruum æquiparantur: ita dicit hoſti. in cap. Conſuluit de offi. de leg. argu. cap. 2 .§. Sed neque. de tranſla. præla. Vnde qui citatus, in ius adierit, ſéque ſiſtere hora incongrua voluerit, impendiis mulctandus erit. Quod limitat Bal.in d.cap.Conſuluit & in l.Si cum ipſe.ff. de excuſ.tuto.

Citatus, ſi cõparet hora incongrua, cõdemnatur in expenſis.

Nuncius

Aphoriſ. 166.

QVicunque contractus conſenſu inter abſenteis fiunt,illi æquidẽ aut per Nunciũ,

aut per epiſtolam fiunt.l.j.in fi.ff. de cõtrahen. empt.l.Conſenſu.ff.de actio.& oblig.Tu verò id intellige,vt ſit núcius qui huic potiſsimùm negotio præficiatur: non qui caſu quodam & fortuitò acceſſerit, ſecundùm Gloſſ. & Barto. ibidem.Quapropter priuati hominis nuncius, priuatim ac ſigillatim negotio præficiendus erit,non autem generatim atque vniuerſè. Et hoc ſanè differt à procuratore.Barto. in l. Qui autem.§.fin.cum l.ſeq.de conſtitu.pec. ff. Diuerſum nihilominus idem Barto.ſenſit in l.Lucius. de fideiuſſo.Videlicet quòd poſsit Nuntius generatim atque vniuerſè præfici:cum eadem ſit nuntij atque epiſtolæ ratio.Quam quidem ſententiam comprobat.Bald. eámque veriorem eſſe aſſerit in rub. C. de conſtitu. pecu. Quòd autem Nuntius longè à Procuratore diſtet,ratio eſt in manu.Nam nudum tãtùm hoc caſu præſtat nuntius miniſterium, concipiens verba promiſsionis & contractus in perſonam domini eum mittentis.l.Et licet.ff.de conſtitu. pec.Gloſſ.& Docto.in l.Multum.C.Si quis alteri vel ſibi.Eſt enim nuntius velut organon quoddam quo vox vnius ad alterum traducitur permeátque.d.l.Et licet & ibi Gloſſ. & Barto. Quia per nuntium vis omnis dominio tribuitur,& in eius perſonam actum concipit. Ange. in l.Gall⁹.§.Forſitan de lib.& poſthu. Ad hoc facit tex. in l. Pater ex prouincia.de manu. vindic.

Nuncius priuati ſpecialis eſſe debet non generalis.

Sicut ſe habet epiſtola ſic & Nuntius.

Nuntius eſt veluti organum vocis.

¶ Sed nuntio fides non adhibebitur, nec neceſ

ſariò debet credi, niſi litteras doceat primùm, proferátque. Barto. in d. l. Lucius ad fin. de fide uiſſor. ff. Cuius quidem verba hîc magnopere ad multa expendes & excuties. Sed qui nuntium conſtituit, is vult per ſeipſum, non per alium obligari. Qua decauſſa integrum erit illi mandatum clâm reuocare. Qui autem procuratorem mittit, per alium obligari vult, non per ſeipſum. Transfert nanque conſenſum in procuratorem. Itaque non valebit reuocatio, niſi innoteſcat, ſeu (vt verbis noſtrorum doctorum vtar) in noticiam deducatur. Verba hæc ſunt propemodùm aurea prodita à Baldo. in titu. de pace conſtan. in princip. in verb. Mittit nuntium. Atque hanc quidem ſentẽtiam, quòd ſcilicet clàm reuocari poſsit nuntius, eóque inconſulto, miniméque denuntiata illi, aut alteri cui mandatum fuit, circumſcripti mandati voluntate, ſuſtinet Bald. in l. Mandatum. C. mandati in l. Falſus. C. de furtis col. 12. Quanuis eodem loco ipſe Bald. aſſerat, ob dolum id fieri nõ poſſe. An autem procurator debeat circum ſcripti reuocatíve mandati fieri certior, eíque denuntiandum ſit, permultæ ſunt ſententiæ, quas quidem profert recitátque Salyce. in d. l. Mandatum per Gloſſ. & Docto. in d. cap. fin. & in Clemen. j. de renuntia. Gloſſ. in l. j. de con trahen. empt. per Bald. in d. l. Falſus. Vendendi nanque facultas vltro, liberóque animo mandata, mutata non cenſebitur, niſi procuratori quoque denuntiata fuerit ea reuocatio. Bald.

Nuntio non credit niſi literas oſtendat.

Mãdatũ reuocari poſſe clandeſtariè non facta cõtioratiõe nũtio vel illi ad quem dirigetatur mãdatum.

in l. Si liberam. C. Quod cum eo. &c.

¶ Quæ verba Baldi diligenter excute & pondera. Operepręcium quoque fuerit hanc mandati reuocationem integram eſſe, non particularem. Ange. Conſ. 287. cuius initium eſt. Domina Antonina. &c.

Oblatio.

Aphoriſ. 167.

IVs offerendi competens poſſeſſoribus bonorum mariti contra vxorem dotem repetentẽ, ſecundùm l. Mulier. ff. Qui pot. in pig. hab. vindicat ſibi locum vbi mulier ſoluto matrimonio dotem repetit. Si verò conſtante matrimonio repetat, ceſſat ius offerendi, iúſque cedendarum actionum. Iacob de Aret. Cyn. Barto. Alberi. Saly. & Docto. in l. Cum tibi. C. Qui pot. in pig. hab. Bald. in l. j. Solu. mat. in l. Vbi adhuc. de iureiuran. 2. Col.

¶ Tamen ipſe Baldus è contrario ſentit in l. Si conſtante in prin. ibi, Item extraneo. Solu. mat. & in Authen. Quod locum. C. de collat.

¶ Ego verò priori ſententiæ innitor. Non enim eſt in priori, vera dotis reſtitutio: ſed ipſius dotis in tuto collocatio quæ matrimo-

nij oneribus ſeruiat, ad ſe ſuóſque alendos. Ita ſingulariter Bald. ſequutus Cy. & Iacob de Aret. in cap. Cum contingat de dolo & contuma. Et quia in ea eſt ſententia Barto. in d. l. Si conſtante, quanuis Ange. & Bald. ibidem contra ſcripſerint: Angel. autem varius & ſibi non ſatis conſtans cum Bartolo ſentit in d. l. j. videto diligenter Immol. in d. l. Si conſtante prædictas opiniones limitantem ex æquitate & ratione. Cuius verba diligenter excute & pondera.

¶ Cæterum oblatio munus erat à popularibus oblatum principi, quo octaua vel vigeſima vel quicquid ex conſuetudine de rebus promercalibus ſolet pendi. Hoc Alciatus in l. Inter publica. de verbo. ſig. *Oblatio quid apud Romanos ſignificabat.*

Olim, Iandudum, Quondam.

Aphoriſ. 168.

HAE dictiones, OLIM, IANDVDVM, trium temporum ſignificationem habēt: Præſens ſcilicet, Præteritum & futurum, Tex. in l. j. in verb. Olim & ibi Gloſſ. & Barto. in §. j. de no. oper. nuntia. Gloſſ. in l. Nec emptio. ff. de contrahen. empt. Vnde ipſe

Baldus in d.§. j.tabulas inſtrumẽtúmq; aliquã-
do ſe confirmaſſe dicit, ſeu(vt dicunt) ſaluaſſe,
Olim præſentis temporis. quòd ſcripto contineret hæc verba, Antonius
olim Petri, cum tamen viueret adhuc Petrus:
vt hîc pro præſenti, Olim, acciperetur. Sic igi-
tur ipſum inſtrumẽtũ falſi ſuſpitione liberaſſe.

Quondo. ¶ Idẽ quoque de dictione, Quõdã, dicẽdũ eſſe
videre eſt in l.2.C.de donat.cauſ. mort. l. Eius
qui. Si cert.pet.cap. Præterea.ext.d. Tranſ.cap.
ext.parte, fo.cõp. Quę iura in hãc ſẽtẽtiã laudat
Olim, futuri temp. Cardi.in cap. Cũ olim.de offi. deleg. Sic apud
Virgil. Olim, futurum ſignificat. Audierat ty-
rias olim quæ verteret arceis. Et 2. Aeneid. for-
ſan & hæc olim meminiſſe iuuabit. De dictio-
Quondam præteri. tẽp. ne quondam, quæ præteritum ſignificet, licet
etiam videre apud Cicero.in Catilin. Fuit(in-
quit) quondam iſta in hac repub. virtus. huic
conuenit Tex. in l. Inſulam. de acquir. re. do.
quem quidem diligenter expẽdit Barto. idq́ue
aptum eſſe ait diſcutiendis Notariorum per-
ſcriptionibus ac tabulis, quibus ſcribitur, Fili⁹
quondam tàlis &c. quò res clariùs innoteſcat
Citat in hanc rem Tex. in l. Diuortio. de nego.
geſt. Cui etiam conuenit Tex. in cap. 2. cap. Ac-
cedẽs. cap. Inter dilectos, de fide inſtru. Et ibi-
dem not. per docto. Idem, Do. Cardi. in cap. fi.
de teſtib. cog. per Gloſſ. Barto. & ſcriben. in d.
l. Eius. Quo loco conſtituunt ſub intelligen-
gendam eſſe dictionem, Quondam, ad compro
bationem auctoritatémque inſtrumenti ſeu li-

belli quo perſcripta ſunt hæc verba, filius Petri. Idem, Spec. titu. de inſtru. edit. §. reſtat. verſ. penult. & §. Inſtrumentum. verſ. Sed ſi ita. Do. Card. & Immol. in cap. Quoniam contra. de pigno. Tex. cum Gloſſ. & ibidem Raphael Cuma. in l. Viro. Solu. mat. Tex. in l. Si quis verum §. Idem Iullianus. cum gloſſ. parua. in verb. vxor. ff. de libe. leg. Ad hoc facit quod notat. Bal. in l. Cum acutiſsimi. C. de fideicommiſſ. Quo loco Statuto ſi fuerit cautum Rebellium filios ciuitate arcendos eſſe, hoc locum nō habere in filiis, quorū patres iamdudum vita exceſſerunt, & quondam fuere rebelles. Quoniā enim ceſſat ratio, & pœnam ceſſare neceſſe eſt. l. Titia §. Vſuras, & ibidem Iacob. de aren. & Barto. de lega. 2. Bal. in l. fi. C. de iniuriis. per illum tex. & in l. Voluntas. col. j. C. de fideicommiſſ. & in l. fi. C. de his ad liber. per. non poſſ. in l. Omnes populi. de iuſti. & iur. 10. col. Non igitur, à propria ſignificatione recedi videtur, ſubintelligendo dictionem, Quondam, quando lex vel ſtatutum generatim, non ſigillatim cauent: nulla enim id ratio ſuadet. Prædictis optimè couuenit tex. in Authen. vt iud. ſi. quo. ſuffra. l. Sed & miles §. Quæſitum de excuſ. tuto. l. Sub cōditione. ff. de ſolutio. Immò verò tex. in d. Authen. probat dici factum olim id quod factum paulò ante fuit. Tamen limitat do. Cardi. in d. cap. Cum olim, opinionē Bartoli, vt locum habeat in diſpoſitionibus legalibus: ſic igitur (vt ipſe ait) in municipalibus. Se-

Pro ſaluādis inſtrumentis in quibus ſolent Notarii ſcribere filius Petri.

Quando lex vel ſtatutum in genere nō in ſpecie loquuntur.

Limitatio prædictorū.

cus autem in contractibus dicendum eſſe. Hæ nanque dictiones, præteriti temporis vim habent: ſecundùm ea quæ ipſe Cardi. annotauit in d. cap. Quoniam contra. aliâs, Cum contra. Nihilominus eſt re vera Bartoli magis communis opinio, vt ſcilicet in contractibus locus ſit etiam his dictionibus. Somnium igitur ſcripſit Card.

Reprehēſus. De. Cardi.

¶ Que ſanè ſuperius dicta limitari debent duobus modis. Primo, niſi eſſent ſtatuta quæ nullam admittant ſub intelligendarum dictionum legem. Secundò, niſi communis loquendi vſus aliud ſuaderet: & hoc quidem liquidò appareret, eſſétque compertiſsimum.

Limitatio alia & verior.

Omnino.

Aphoriſ. 169.

EST hæc dictio, OMNINO, exactiſsimè concepta, & expreſſa præciſáque. Gloſſ. in l. Si cum exceptione. §. In hac. ff. Quod me cauſ. Tex. in l. 2. & quod ibidem not. do. C. de iure emphyt. & in §. Scire autem, Authen. de non alien. Tex. in l. Græcè §. Illum. quem expendunt recentiores. ff. de fideiuſſor.

Omnino, eſt præciſa dictio.

¶Eadem quoque eſt ſignificandi ratio in dictione.Omnimodo. Tex. cum gloſſ. in l. Non quaſi .§. j.ff.rem pupil. ſal.fo. Quandocunque igitur hæc dictio, Omninò, verbo præſentis temporis adiungitur, vel futuri; huic enaſcitur Canon latæ ſententiæ. Tex. quem ponderat Bal. in l. j .§. Pecuniam. ff. depoſ. Ange .§. fi. Authen.de religioſ. Ludo. Roma. in princip. ſuorum Singul. *Omnino, eſt præciſa dictio.*

¶At quod verbum, Omninò, ſit præciſum & expreſſum. Gloſſ. eſt not.in cap. fi. de offi. lega. lib. vj.& in cap. Si à ſub delegato. eod. titu. habet etiam eandem ſignificandi vim, quam hæ dictiones, NVLLO MODO. Atque eius eſt auferre ſoluendi legibus ſeu diſpenſandi facultatem. Gloſſ.not.in Clemen. vt hi qui de æta. & quali. in verb. Nullomodo concedatur. Not. Ioan. And. in cap. Cum ex eo. de elect. lib. vi. Immola in l. Si quæramus.in fi.ff.de teſtamen. Hanc quoque dictionem excutiunt docto.in cap.2.de pact.lib.vi. Panor.in cap. Cum cõtingat.de iureiur.& Conſ. 71. cui eſt principium. In hac cauſſa. Ludo. Roma. Conſ. 437. ſub finem. *Omninò eſt idem quod nullo modo.*

¶Quamuis autem dixerim verbum, Omninò, præciſam expreſſámque habere ſignificationẽ. l. Omnimodo. C. de inoffi. teſta. contrariam tamen admittit interpretationem. Ita. Bal. in l. fi. C.de cõtrahen.empt.quo loco citat tex. in l. Si ſtipulatus.de verb.oblig.

Pars.

Aphoriſ. 170.

Pars tripliciter accipitur.

ANdreas Alciatus in l. Appellatione rei de verb. & re. ſignif. partem tripliciter accipi contendit. Quædam, inquit, numeralis, integralis alia, alia denique quota. Vſuſfructus pars integralis dominij eſt, ſicut paries, dom'. At triēs, quadrans, ſemis, quota pars eſt aſsis. Sed partis appellatione ἁπλῶς & abſolutè, intelligitur de dimidia. l. Nomen filiarum. §. Portionis. de verb. ſig. l. Etiā partis de vſufru. cap. 2. de decim. lib. vi. Quo loco latiſsimè Geminia. ſcribit de hac re: & nihil referre ait de Conſuetudine mentio fiat, an verò de ſtatuto. Bald. in cap. j. de alien. feu. Atque id intelligendum cenſet idem Alcia. in d. l. Nomen filiarum. §. Portionis nomen, quotiens veriſimile non eſt de re minima actum eſſe: vt quia diſpoſitio nullius redderetur momenti: veluti in eo qui partem fundi promittit. Gloſſ. l. Cum poſt. §. Gener. de iure dot. vel alio ſimili dubióque caſu, de parte dimidia intelligendum erit. l. Planè in fin. de lega. j. Vnde qui partis bonorum vſumfructum legat, de dimidia videtur intellexiſſe. l. Etiam de vſufru. Et qui ab altera ſe electum parte contendit, non minus quàm dimidia ſit intelligemus Gloſſ. cap. Si priuſquàm 28. diſt.

Alioqui

Alioqui quæ numero pauciore eſſet, cum nullius momenti haberetur, alteram nihil impediret, ſecundùm eundem Alciatum. d §. Portionis.

¶ Quòd ſi adiiciatur aliquod verbum diſcretiuum, puta, aliqua pars, tunc minus dimidia intelligitur. Ita Bal. in cap. j. §. Cum autem. col. 3. de controuerſ. inueſti. Gloſſ. in Clem. j. in verb. Aut eorum parte: & ibidem Docto. de ſo. cõp. Quia verbũ, aliqua parte, reſtringit, vt in qualibet particula verificetur. Panor. in cap. Super eo. de eo qui cogno. conſang. vxo. ſuæ. Etſi dicatur, in qualibet particula aut portiũcula, ſeu verba eiuſmodi vſurpare lubeat, compertiſsimum eſt de parte minore dimidia accipi ac intelligi: ſicq́ue de quarta parte: niſi ratione adiuncti, aliud appareat. l. Meminimus. & ibidẽ Barto. C. Quando & quib. quarta pars debe. lib. xi. l. Si quis in ſuo. & ibidem Bald. & Docto. C. de inoffi. teſta. Quo loco Tex. facit mentionem de parte minuſcula: quæ de quarta virili intelligitur. Huic conuenit quod not. Bald. in l. Mater. verſ. Sed hîc quæro. C. de rei uendi. Quod facit ad Tex. l. Si vnquam. C. de reuocan. dona. vbi dicit. Omnia bona, vel partem aliquam. Quod (vt ibidem ait Bald.) Richardus de Salyc. intelligit de parte ſaltem dimidia. Quæ quidem tutior ac verior eſt opinio ſecundùm Baldum in l. j. C. de inoffi. donat. quanuis diuerſum ſenſerit Barto. in l.

Si addatur verbum diſcretiuũ parti.

De parte minuſcula qualiter intelligendum.

Titia .§. Imperator de lega.2. Not. Alex. in Authen.Ex cauſa, dum extendit .§. Sine igitur ibi ne aliquam circumſcriptionem liberi patiantur. Vt cum de appel.cog. Et Tex. in l. Gallus .§. In omnibus delibe. & poſthu. Tu interea ἐφεκτικῶς meditare: ac diſcute ſedulò verba Bartoli in d.§.Imperator. Sanè compertiſsimum eſt d.l.Si vnquam locum non habere in alienatione oneroſa, tametſi valeat in ea venditione quæ minimè precio contrahitur, de omnibus bonis, eorúmve maiori parte: potiſsima nanque animi fuit intentio, vt donaretur. Ita Bald. poſt Cyn. in l. j. C. de pact. Quod animaduerte diligenter & pondera propter not. Barto. in l. Vſque adeò. ff. Si quis à paren. fue. ma. Idem quoque ſentit. Bald. in d.l. Si vnquam in fin. & in d. l. j. C. de inoffi. dona. Idem etiam Bald. ſed apertius in l. Si cum in vtero. in fin. C. de teſta.milita.

Dubium indeciſum. Tu indica.

Limitatio l. Si vnquam C de reuoc. dona.

¶ Quod diximus vſumfructum partem eſſe dominij, id de cauſali accipiendum cenſet Alcia. in l. Rectè dicimus de verb. ſig. ſicut paries, pars eſt domus. Nam ille vſufructus vnà cum proprietate plenarium domini ius conſtituunt. Si verò de formali agatur vſufructu, aliter dicendum erit. Licet nanque dominium in ſe habeat (vſufructuarius enim illius iuris dominus eſt. l. vti-

Vſumfruct. fundi eſſe p-tem qualiter accipiẽdum.

frui.ff. Si vſuſ. pet.)eſt tamen commune nihil ei cum eius rei dominio in quo conſtituitur vſufructus, imò penitus ab eo diſsidet, ſimúlque eſſe non poteſt. In hanc propemodùm ſententiam Alciatus ſcribit in d.l. Rectè dicimus. Sed an bonum erit argumentum de parte ad totum? Et valere traditum eſt. vt in l. Quæ de tota. de reiuendi. Niſi alia ratio ſit in toto quàm in parte, ſecundùm eundem Alcia. in d. l. Appellatione rei. Aug. de parte ad totum, an valeat?

Perinde.

Aphoriſ. 171.

VErbum hoc, PERINDE, ſui natura ſimilitudinis vim habet in omnibus: ſeu de tempore, ſeu de modo, ac de reliquis qualitalibus agatur. Gloſſ. in l. Sacrilegij pœnam. §. fin. ad leg. Iuliam pecul. Et idem in cæteris aduerbiis & nominibus ſimilitudinem ſignificantibus Barto. dicendum cenſet in Extrauag. Ad reprimendam in verb. Perinde. Niſi vitandæ contrarietatis gratia poſueris. Gloſſ. Barto. & Ange. in l. j. de recepta. Ange in l. Sed ſi lege. §. Perinde de petit. hæred. & Barto. in d. §. fin.

Poſſeſſorium.

Aphoriſ. 172.

Remedium poſſeſſorium eſſe perpetuum.

IVre, vulgaríque doctorum calculo conſtitutum eſt, remedium poſſeſſorium ex Canone reintegranda.3.cauſ. quæſt.j. triginta annorum ſpatio nõ excludi: ſed perpetuum eſſe, vt confirmant Ioã.And.& Anchar. in cap. Solitè.in fi.de in integ.reſti.ſpoli.ſecundùm not. gloſſ.ſentẽtiam ibidem ſub finem. Ita quoque, Alex.Conſil.37.

Patronatus.

Aphoriſ. 137.

An ius patrona. ſit ſpiritale.

IVs Patronatus dicitur honorificum. Panor. pulchrè poſt Ioan. And. in rub.de iure pat. ext.Quod quamuis ius merè eccleſiaſticum ſeu ſpiritale non ſit, illi tamen adiicitur. Do. Anto.& Panor.in cap.Querelã. ext. de ſymo. Panor. eleganter poſt do.Anto. aſſerit inter præſentatum & Eccleſiã nullum vinculum cõtrahi, nec ex eo ius aliquod patrono quæri. Ita Panor.in rub.ext.de iudic.quo loco latè diſcutit rem totam: & citat Innocen. in cap. Quod ſicut.ext.de elect.& not.in cap. Paſtoralis de iur.patro.

Aphoriſ. 174.

Ius patron. non poſſe de per ſe vendi, ſed bene acceſſoriè.

¶ Quamuis autem ius patronatus nec vendi poſsit nec alienari ſpecialiter & ſuâ naturâ ſeu per ſe, ſi tamen totum prædium veneat, ſeu caſtrum, vel villa, aut quid vniuerſum τοῦτ᾽ ἐστὶ ἀθρόως, quod iure prodendi vel nominandi ſacerdotis in locum demortui ſufficiendi, cẽſeatur, continetur in ea venditione ius illud patronatus acceſſoriè, non autem principaliter. Quædam enim cum vniuerſo cenſentur, quæ alioqui ex ſe ſe minimè. Innocen. Hoſtien. Ioan. And. & Panor. in cap. Ex literis. de iur. patro. Panor. in cap. Illud eo titu. Tex. & ibidẽ gloſſ. in l. In modicis de contrahen. empt. Sic iudex prophanus ſeu laicus de aliquo vniuerſo ſtatuens quo ius patronatus contineatur, poterit iure patronatus laicum priuare cum ipſa vniuerſitate cui ius inhæret patronatus, quamuis tamen ſolum ius patronatus non poſsit auferre. do. Card. in cap. Quanto. de iud. Gloſſ. not. in cap. filiis. 17. cauſ. queſt.

Quædã trã ſeunt cũ vniuerſitate quæ per ſe nõ trã ſirent.

Limitatio.

¶ Quod erit limitandum, niſi diceretur, Vẽdo prædium cum iure patronatus quod in eo eſt mihi: quia tunc non haberet ius patron. quod nihilominus alioqui villæ vel predio ἁπλῶς & ſimpliciter ſeu abſolutè vendito cederet. Ita Ioan. And. in cap. Vno. de iur. patro. lib. vi. in Nouel. Nunquam igitur in libello, nec ſententia, nec in contractu fieri debet mẽtio iuris patronatus. Aliâs enim neque iudicium valeret,

neque contractus. Nam ſummè ac principaliter venire ius patronatus cenſeretur, non acceſſoriè. Panor. in d. cap. Quanto. Quod notabis diligenter.

Not. Panormit.

¶ Limitabis tamen quod ante dictum eſt, ſcilicet, Prædio vendito, ius patronatus compræhendi, hoc habere locum, vbi caſtrum ac prædium, vel villa hæreditatis nomine competeret, cui ius quoque patronatus eſſet. Immol. in Clem. 2. verſ. Quære an ídiſtinctè, de iur. patro.

Limitatio alia.

Aphoriſ. 168.

Præſentatio debet probare præſentantem eſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi.

¶ Præſentatio teſtificari debet præſentantem eſſe quaſi in poſſeſsione nominandi ſacerdotis in locum demortui ſufficiendi. But. & Panorm. in cap. Conſultationibus: per tex. Ibidé de iur. patro. & in cap. Ex litteris. eo tiu. vbi do. Anto. qui citat Innocen. in cap. 2. de reſtitu. in integ. Aſſerúntque Butr. & Panor. in d. cap. Conſultationibus, anteferri, potiorêmque eſſe eum qui certam iam poſſeſsionem habet nominandi ſacerdotis in locum demortui ſufficiendi ſeu præſentandi, domino ad quem ius ſpectat patronatus. In hac enim re quaſi poſſeſionem conſideramus. Satis nanque fuerit ad comprobandam præſentationem, preſentantem ipſum eſſe in quaſi poſſeſsione, ſecundùm But. in d. cap. Conſultationibus. in cap. Querellam, de elect. Ioan. And. & Archid. in cap

Ad hoc vt Præſentatio valeat quid requiritur.

vnic·de.iur.patro. lib. vi. Docto.in cap. Cum Bertholidus.de re iudic.Bal.in l.2. C. de ſeruitu.& aqua.

¶Ius autem patronatus laico homini quæritur,ędificatione, dotatione, vel ratione fundi in quo ędificata eſt Eccleſia: ſi modò Epiſcopus alterutrius ex his, fecerit poteſtatem. cap. Decernimus.cap.filiis.& cap. Cupientes. aliâs pręmentes. & ibidem gloſſ. 16. cauſ. quęſt.7. But.& Panor.in rub.& pręterea idem. But. in cap. Quia nobis de iur.pat.

Ius patronatus qualiter acquiritur.

¶Sed quid ſi pluribus ius patronatus competat,quis eorum pręſentabit? Et ſanè conſtitutum eſt, à maiore parte patronorum putatum inſtituendum eſſe.cap.Quoniam.in verb. plurimorum.& ibidem Io.And.In Nouel. de iure patro.

Quid ſi plures ius præſentandi habeant.

¶Neque tamen incapacem miniméque idoneum ſacerdotio nominare prodereque ſeu pręſentare licebit.Ecce enim,quibus eſt nominãdi ius ſacerdotis ſeu pręſentãdi, ſi monachũ omninò incapacem Sacerdotij ſęcularis pręſentarint,hoc ſacerdotis nominandi ſeu pręſentandi iure ſpoliandi ſunt.Ioan.And. Immola.& communiter docto.in cap. Cum noſtris, de conceſſ.pręb. Nota.deciſ.262.incip.In relligioſo profeſſo. Quo loco diffuſè hanc materiam diſcutit.

Aphoriſ. 176.

¶ Confirmatio præſentati eſt nulla, non tranſmiſſo edicto: cap. fin. de elect. lib. vi. Etiam ſi à ſuperiore ſit confirmatio. ſecundùm Gloſſ. ibidem. Aduerte tamen quòd Tex. ibidem ſolùm irritat confirmationem & electionem ſecundùm Ioan. And. Geminia. & Docto. ibidem.

¶ Poteſt Patronus laicus variare accumulando, non autem ex toto recedendo à priore præſentatione. Quia ius ex præſentatione acquiritur præſentato, vt inſtitui debeat ab ordinario. Ioan. And. in Mercur. in cap. Contra eum de reg. iur. lib. vi. in cap. Cum Bertholdus de re iudi. Laicus enim primo loco præſentans, non dicitur variare propriè, ſed accumulare. cap. Cum autem & ibidem Ioan. And. & Docto. de iure patro. Gloſſ. & Docto. in Clem. fi. eo titu. Quapropter, quando fit accumulatio, poteſt epiſcopus ſecundò præſentatum inſtituere, neglecto omiſſóque priore. tametſi iniuriarũ poſſit agere aduerſus ordinariũ, qui ſe primò præſentatum non inſtituit ante præſentationem ſecundi. Ioan. And. & Docto. in d. cap. Cum Bertholdus de ſenten. & re iudi.

Pẽdente lite inter repſentãtes ſe prætendentes patronos quid fiet.

¶ Sed quid ſi ius illud nominandi prodendiq́; ſacerdotis in locum demortui ſufficiendi controuertatur, multíque hoc ſe ius ducere contendant? Non poterit ſanè interea fieri aliqua

præſentatio nec accumulatio (vt ipſi loquũtur) cap.2. vt lite pend. lib. vi. & ibidem Ioan. And. Lappus quoque Alleg.22. Quæ incipit. Nó ſufficit procuratorem &c.

Aphoriſ. 177.

¶Quanuis prædij prophani patrono non liceat vel legare, vel donare laico homini ius patronatus, inconſulto Epiſcopo inuitóque, tamen hoc accipiendum erit eatenus, quatenus ad habitum ſpectat: quatenus autem ad exercitationem ſolam iuris patronatus, aliter ſentiendum videbitur. cap. Ex inſinuatiõe ſecundùm. vnum intellectum de iure patro. Ita But. ĩ cap. Illud eo titu. Quo loco admonet ſubtilis cautelæ minimè antea animaduerſæ, vt poſsit variatio & ac cumulatio in præſentatione impediri: vt videlicet fiat donatio exercitationis iuris patronatus tunc vacantis preſentandi. Idem quoque ſcitè ſubtilitérque ſcribit Do. Anto. in cap. Conſtitutus de conceſſ. præb.

Patron' laicus non poteſt donare, vel legare ius patron.

Qualiter hoc eſt intelligendum.

Bona Cautella Butr.

¶Sed hîc aduerte animum diligenter. Nam diſcrimen ponit inter donationem iuris patronatus, quatenus ad habitum pertinet, hoc eſt iuris præſentandi ex perſona præſentantis: & quatenus ad exercitationem facti: quod ex potentia & facultate habitus oritur. Quę quidem longè inter ſe ſe diuerſa ſunt. Nam in habitu iuris, eſt potentia: in actu exercitatio Bald. in

Hæc ſunt magnoperè notanda.

.§.Adhæc de pace inra.fir. Et habitus & potentia eodem iure cenſentur. His propemodum verbis vtitur Bald.in l.j.C. de ſumma triníta: ſcilicet quòd Eccleſia ſtatim curata per habitum abſque parochianis, id eſt quòd Curialium iure cenſetur,etiam ſi nulli adhuc ſuperſint parœci. Quòd ſi iam illi Eccleſiæ pœracos conſtituas,actum recuperat: tum demum potentiam habitus egreditur. Idem Bald. l. Sed & milites .§. fin. de excuſ. tuto. Ea ratione Do. Anto. Intelligit diſcrimen eſſe inter habitum, quod eſt ius: & actum, quod eſt factum. Idem etiam ſentit Gloſſ. in d. cap. Ex inſinuatione,quod citauit Do. Anto. Quare rectè expende dictum illius. Ad hanc rem facit quod de ſeruo dicimus, ſtipulari ipſum poſſe ius eundi agendi: quod eſt facti: ſed non itineris. Tex. eſt not. in .§. Sed cum factum. Inſtitu. de ſtipul. ſeruo. quem allegat Barto. in l. Iullianus & l. Cum filio. de lega. j. in l. Si ſtipulatus fuero. de verb. oblig. & in l. penult. de ſeruitu. leg.

Differentia inter habitũ & actum.

¶ Ius autem nominandi ſacerdotis ſeu præſentandi, eſt indiuiduum, transítque in ſolidum in omnes hæredes. Omnia nanque indiuidua, inſeparabilia ſunt: velut anima, quæ eſt tota in toto, totáque in quo-

Ius præſentãdi indiuiduum tranſit in omnes hæredes in ſolidum.

libet parte: ſeu quæ per vniuerſas corporis parteis facultate indiuidua ſeſe diffundit. Barto. in l. 4. §. Cato. vbi Vldar. Zaſius ſcitè ſubtilitérque de indiuiduo agit & in l. Stipulationes non diuiduntur de verbo. oblig. Inſtar enim ſeruitutis eſt ius Patronatus, vt ſcribunt Immola & Docto. in Rub. de iure patro. quemadmodum diuiſo fundo, Seruitus cedit in quamlibet partem inſolidum, l. Via. §. fin. & l. Si partem de ſeruitu. ruſtico. præd. Qua ratione tranſit ad hæredes quanuis & particulariter inſtitutos. Gloſſ. in cap. j. & in cap. Ex inſinuatione de iure patro.

Iuspatro. & ſeruit⁹ æquiparantur.

Seruitus trã ſit in quamlibet partem inſolidum diuiſo fundo.

¶ Quód ſi quæras qualiter facienda ſit præſentatio, reſpondebitur poſſe fieri à patronis per literas & inſtrumentum: ſic, vt cum nominatus ſuperiori literas illas offeret petendo poſtulandóque ſe confirmari, pro officij ratione egiſſe dicatur, & ſatisfeciſſe. Lappus floren. in Allegat. 75. vbi multa eleganter & copioſè de hac re ſcribit & diſceptat.

Præſentatio qualiter fieri poſſit & debeat.

¶ Iura autem Patronatus cum ſpiritalia ſunt ſeu ſpiritalibus cohæreant, cenſentur à prophanis dominis & laicis haberi gratia ſingulari & fauore. Eccleſiæ. Innocen. in rub. de iure patro. Et ſequuntur

Patrona. iura. quomodo à laicis poſſideantur.

do.de rota Deciſ. 404. incip. Item fuit dubitatum vtrùm ius-patronatus per laïcum.&c.cap. Quoniam contra.de iure patro.

Pœna.

Aphoriſ. 178.

Notandum hic propter pœnas quotidie appoſitas in compromiſſ.

SPonſio in arbitrij cauſſam facta, ſeu pœna compromiſſo adiecta, non obligat ad id præſtandum, quod vulgariter atque omnium confeſſione eſt nullum: & id quidem nec ius nec ratum eſt. Do. Cardi. per gloſſ. fi. ibi in cap. Cõſanguinitatibus. de offi. delega. Facit quod not. in l. Apud Celſum. §. Item quæritur de except. doli. Quod expẽdendũ fuerit diligenter & diſcutiendũ in arbitriis, quibus pœna multáque ſemper adiicitur & partes ſpõſionẽ in cauſam faciũt. Nam ſi in arbitriis ineundis pœnâ denuntiata ſit ſuper facto quod minimè depẽdeat â poteſtate eorum qui cõpromiſſo coëũt, poſtulari nequit vt præſtetur ipſa pœna. huic ſententiæ conuenit quod notat gloſſ. in cap. Acceſſorium. de regu. iur. lib. vi. in l. Pacta quę contra. C. de pact. Innocen. in cap. Quia plerique de immunita. ecclеſ. Itaque ſi quis pœnâ interminatâ indictáque, ac pœnæ ipſius facta ſponſione factum alienum promittat, ſi quidẽ id vt præſtaret omnem mouit lapidẽ, eámque quam potuit operam dedit, nec tamen promiſ-

ſum exoluere fuerit illi integrum, certè nulla pœna erit: quoniam per eum nõ ſtetit quo minus perficeret, ac preſtaret quod curaturum ſe antea receperat. Tex. in l. Si uehenda. ff. ad leg. Rhod. de iact. in cap. Ex literis & in cap. Sicut de ſponſalib. Anto. in cap. Gemma. eo titu. Bar. in l. Si nulli. & l. Continuus. §. Illud. de verbo. oblig. Atque in hanc ſentẽtiam decidit Barto. in l. Non putauit. §. Non quæuis. ff. de contra tabul. Bal. in cap. Conſtitutus de tranſact. Saly. in l. Si quis pro redemptione. C. de donat. Addo ad hæc Bald. per gloſſ. ibi ſingul. ſecundùm eum, in d. cap. Significantibus. vbi partes dantes iuriſdictionem priuato homini ſub pœna, in pœnam tamen non incidunt, non obſeruando ſententiam. Addo tex. & Bal. ibidem in l. 2. de eunuchis. & eundem Bal. in l. Non dubium. C. de legib. quo loco dicit Statutum loquens de contractu ad ſolutionem gabellæ, locum non obtinere in contractu nullo. Adde etiam Barto. in l. Edita. C. de eden. in repetitio.

Promittens ſub pœna factum alienũ & faciens quod in ſe eſt vt adĩpleat, ſi nõ potuit, pœna tamen nõ committitur.

Aphoriſ. 179.

¶ Qua ratione vbicunque lex, priuationis pœnam non interminatur mulctámque nequaquã irrogat nec nos quoque id poſſumus. Valere enim argumentum à materia priuatiua ad punitiuam docto, noſtri dicunt: vt quod lege cautum non fuerit de priuatione aut pœna, non

Argumen. procedit in materia priuatiua & punitiua.

eſſe ſubintelligendũ. De punitione tractatur. in l. Super chirographis C. Si cert. pet. per tex. in .§. Quia verò leonis. in Authen de non aliena. De priuatione quidem . idem . Bal. in Authen . Ex teſtamento. C. de ſecund. nupt. per tex. in Authen. de non eligen. ſecun. nub .§. Cum igitur. Ibi. Nec quælibet lex eſt aliqnid tale dicens . Et intelligit hoc Bal . vbi minor verſaretur ratio. Quod ad me attinet, adducor vt in eam ſententiam de hac re iudicem, ea quidem de cauſſa, quòd fraudationis ac priuationis iuris cuiuſlibet pœna indita per iudicem nulla cenſetur eſſe, niſi poſita quoque fuerit à lege vel ſtatuto. Gloſſ. in cap. ſi .de iur. patro. quam not. ibidem. Panor. Atque hoc probat tex. in l. Et ſi quis .§. diuus autem Marcus . ibi , pœnam in eum ſtatutam non eſſe. de rellig. & ſum. quem tex. diſcutit Bal . in l. Nemo. C. de ſacroſ. eccleſ. Gloſſ. 15. cauſ. quęſt. 7. cap Epiſcopus . Tex. optimus in l. Si ſeruus. veſ. Non dixit Prætor. de acquir. hæred. In contraria ſententia videtur eſſe Archid. in cap. Pœnę. de pœnit. diſt. pri. quem in hoc commendat Salic. in l. 2. C. de noxali. act. Opinantur enim pœnalis legis interpretationem tranſlatitiam eſſe vbi per eadémque fuerit ratio, & omnimoda ſimilitudo. Ego verò priori ſententiæ inhæreo, per doctrinam auream Ioan. And. cui ſubſcribunt docto . in cap. Diſpendia. de præſcrip. lib. vi. quo loco conſtituunt ac decidunt, quòd licet præſcriptum

Pœnalem legem extendi vbi par eſt ratio.

ſeu diſpoſitio pœnalis tranſlatitiam habeat interpretationem ſeu extendatur in eo quod dictum fuit vt id obſeruetur, non tamen in pœna extendi, ad eámque minimè transferri. Idem, Panor. in cap. fi. de præſcrip. in antiq.

Aphoriſ. 180.

¶ Pœna indignationis principis eſt extraordinaria: nam extra ordinem ea res quæri ſolet, & capite ſanciri. Bal. in Authen. Statuimus. C. de epiſ. & cler. & in l. j. C. de ſumma trini. & fid. quo loco dicit pœnam mulctámve eſſe in arbitrio iudicis poſitam. Idem etiam Bal. in cap. j. §. Porrò. in titu. Quæ fuit pri. cauſ. benef. amitten. vbi ait eſſe priuationem beneficiorum. Eſt enim ea grauiſsima pœna. *Notanda deciſio.*

Aphoriſ. ~~163~~. 181

¶ Non poterit index reum noxæ eximere, ac mulctæ & penæ gratiam facere in iacturam fraudationémque fiſci. l. fi. in fi. C. ne ſac. baptiſ. reite. Bal. in l. Aliquid ergo. §. Pœne grauior. in repetit. verſ. Quæro iuxta prædicta. ff. de his qui not. infa. Et in l. fiſci. Et ſi ſeuerior. C. eod. Quando ipſe iudex, lege nõ debet eſſe clemẽtior ſed ἀκριβοδίκαιος ὅτε ς ... §. Oportet in Authen. de iudicib. Bal. in l. 2. C. *Pœnam non poteſt Iudex remittere in præiudicium fiſci.*

de ſen.ex breuicu.recit.

¶ Poterit nihilominus capitalem pœnam, ad mulctam pecuniariam traducere ſi modò res quæſita, reúſque delatus nõ ſit, ſed teſtibus inquiratur. Tex.cum gloſſ.& ibidem Panor.poſt hoſtienſem in cap.In archiepiſcopatu.in verb. poterit de raptorib. Aut nõ omnino crimẽ patratũ.Bal.ĩ d.l.Sed ſi ſeuerior vbi gloſſ.profert exemplum,ac ſpeciem paradigmaticam.

Pœnam capitis poteſt iudex mutare in pecuniariam ſi non procedatur p accuſationẽ ſed per inquiſitionem.

Aphoriſ. 182.

¶ Illatæ pœnam iniuriæ, ſeu delicti atrocioris poterit Quæſitor irrogare,& pro arbitrio, etiã capitali mulcta damnare, vel (vt dicunt) arbitrari vſque ad mortem incluſiuè. Gloſſ. ſingul.in §. In ſumma inſtitu.de iniuriis. Quam multũ cõmendat Bald.in l.fi.ĩ fi. de re iudica.in l.j. C. de his qui latro.occult.in cap.j.§. Iniuria de pace iura.fir.quô loco dicit capitali pœna plectẽdum eum qui iniuriæ inferendæ conſilio, atq; odio & inimicitia commotus, iudicem præfectúmve vrbi collaphis cecidit.Idem, Gloſſ.parua in l.penult.in fi.C.Si aduerſ. liber. Tex. in l. Sacrilegi in prin.ad leg. iul. pecul. quem ad hanc rem citat Panor.in cap.Ex literis ad fi. de conſtitu.extra.Et conuenit Tex.in l. Saccularios.§.Sunt quidam in fi.de extraord.crimi.

Puniri debet criminaliter qui dedit alapam poteſtati.

¶ Quod Limitabis, vbi conſuetum eſſet ſic

fieri

fieri & in cauſsis priuatorum ſeu ciuilibus in-terminata denũtiatáque eſſet pœna vltimi ſupplicij ſecundùm Do. Anto. & Immol. in cap. de cauſis.de offi.deleg. Cardi. & Immola in d. cap. Ex literis. Immola in l. Pupillorum de pub. iud. *Limitatio a medictorũ.*

¶Ego ſanè gloſſ. accipio in admiſſo grauiori atque atrociori delicto. Et hanc quidem gloſſ. commendat probátque Floria. in l. Item ſi obſtetrix ad leg. aquil. & Bald. in l. fin. ad fin. de re diuiſ. Tu tamen animaduerte Florianum in d. l. Item ſi obſtetrix. dicere, hoc locum obtinere in patratis omnino delictis, ſeu conſummatis: non item in tentatis & delibatis tantùm criminibus vt ibidem eleganter per eundem flor. & gloſſ. in d. §. In ſumma. Hunc ſequũtur Immol. & Abb. in d. cap. Ex literis de conſtitu. & melius Immol. in cap. Inquiſitionis de accuſ. Atq; ad ipſius prædictæ gloſſæ confirmationem, eſt optima gloſſ. in cap. Dictum. 81. diſt. & Tex. in l. Lex Iulia. §. vlt. ad leg. iul. repet. Videto Ang. in verb. Et caput à ſpatulis amputetur in fin. Pro ſententia Baldi in d. §. Iniuria eſt optimus Tex. in l. Milites. §. Irreuerens in fin. de re mili. Vide Alex. Conſ. cxi.

Aphoriſ. 183.

¶Quandocunque Quæſitori iudicíque poteſtas fuerit mulctæ pœnæúe arbitrariæ irrogandæ, non licebit quoqne bonorum publicatiõis pœna mulctare Bald. in cap. j. de pa. te. quo lo- *vbi iudex poteſt imponere pœnam arbitrariam non poterit imponere pœnã pub. bo.*

co videtur recedere à deciſione Gloſſ. in d.§. In ſumma Inſtit.de iniur.

Aphoriſ. 184.

Appoſitio pœnæ in vno contractu, quando præſumitur repetita in alio.

¶ Si in contractu ſeu cõpromiſſo pœnæ ſponſio facta fuerit, non cenſebitur ea pœna repetita alio contractu renouato ſeu arbitrio, citra vinculum ſtipulationis. Bald. Immol. & reliqui Docto. in l. pen.§.Vxor.Solu.mat. Bald.& Ange.in l.Legem.C. de pact. Melius idem Angel.& Immol.in l.Cum pater.§.Filiæ.de lega.2. Quo loco aſſerunt denuntiatam pœnam in cõtractu locationis anni vnius, non cenſeri repetitam anno ſequenti tacitæ reconductionis.

Ratio decidendi.

Huic conuenit quod not. Bald. Ange. Saly. in l. Legem. C. locati. vbi tacita reconductio non intelligitur cum priuilegio garentigiæ (vt ipſi loquuntur.) Pœna etenim, cum odioſa ſit, contractui adiecta priori, non intelligetur in ſecundo repetita. Ludo. Conſ. 155. vbi citat.l.Per retentionem.C.de vſur.Bald. in d.§.Vxor.& in l.Cum pater.§. Pater certam.de lega.2.

Pœna adiecta ad obſeruantiã prin. Laudi, non committitur non ſeruando ſecundum confirmans primum.

Sed & facta ſpõſio in cauſſam prioris arbitrij, commiſſa non cenſetur eſſe, neglecta ſecundi prius comprobantis obſeruatione Bart. per tex.ibi in l.Multa de condi.indeb.l.pen. ff. judica.ſol.Bal.ĩ l.C. de arbit. Quemadmodum adiecta loco contractu pœna, non vice eius quod intereſt, ſtipulationem requirit. nec ſatis erit pactum nudum incontinenti appoſitum.

Citat & profert in hanc rem Ludo. Roma. ſingularem ſpeciem ſeu caſum, in l. Seruus ea lege de ſer. export. Et ita ſentit idem ipſe Ludo. prædicto Conſ. 155. Quòd autem non ſtipulata pro fiſco pœna minimè debeatur, latè ſcribit Barto in l. Arbiter certo die. de arbit. & in l. j. de iure fiſci. Sic quoque intelligendum erit ꝙ not. Barto. in l. Capitis de fideiuſſo. quem ſequuntur Ange. & Immol. Et quod not. Immol. poſt Ange. in l. fi. de duob reis. Atque ego eorũ quidem ſcripta intelligo, vbi ſequuta ſit ſtipulatio. Et ita intelligit Bald. in l. Si quis maior in fin. C. de tranſact. Vnde ſi quis donat fiſco, non valet donatio, niſi aliquis interceſſerit qui ipſius Fiſci nomine acceptarit donationem. Ita Do. Alex. in addit. in d. l. j. de iure fi. dicit Bald. ſentire in addit. ad l. Decernimus. C. de ſacroſ. eccleſ. Nam compertiſsimum eſt quòd pro fiſco debeat ſtipulatio intercedere: quæ ſententia eſt Pet. Anchar. Conſ. primo.

Aphoriſ. 185.

Non debet quis petere pœnam niſi contractum ex parte ſua impleuerit.

¶ Neque verò poterit quis commiſſam ſponſionem ſibi poſtulare priuſquàm omnem contractus pactionem, conditiones, & modos ipſe exoluerit, ſecundùm Innocen. in cap. Mandatum ext. de reſcrip. quo loco cõtendit fauere illi nõ debere reſcriptũ, q̨ idem ipſum reſcriptũ aduerſatᷓ. Bal. & Saly. ĩ l. Cũ ꝓponas. C. de pact. tex. in cap. Eſto ſubiectùs. 95. diſt. & ibi Gloſſ. colligit quòd is debitum repetit qui quod ipſe debet nõ impendit. Bal. in cap. j. Qualiter Do.

propriet.feu.pri.vbi liquidiſsimam debere eſſe cauſſam dicit,qua petatur pœna. Dicítque caſum eſſe ſing.in l.Teſtamento.la grande.ff. de condit.& demonſtra. Sic qui non facit quòd debet,non recipit oportet.Bal.in authen. dos data.C.de donat.au.nupt.l.Si non fuerit & ibidem gloſſ.not.de iureiur.

Præſcriptio.

Aphoriſ. 186.

Hæres ex perſona ſua præſcribit de æquitate canonica, ſi eſt in bona fide.

EX æquo & bono Sanctionis pontificiæ, hæres præſcribit ſuo facto, ſi modo bona fide egerit. Dy.in cap.poſſeſſor de reg.iur. lib.vj.Barto.in l.Cum hæres.de diuerſ. & tẽp. præſcr.Bal.in l.2.C.de vſucap.pro hæred.gloſ. cap.Clerici.16.cauſ.quæſt. 3. in cap. Cum quis de reg.iur.lib.vi. Paul. Caſt. Conſ 290. incip. Viſa ſupra ſcripta facti narratione. Idem. Cóſ. 51. Panor.Conſ.32.Licet de iure ciuili non præſcribat hæres. Gloſſ. in l. Pompooius.§. Cum quis.ff.de acquir.poſſ.& in l.vnica.C. eod.& in l.fi.C.de vſucap.Plenè not.in authen.Malæ fidei.C.de preſcript.long.tem.Cui quidem ſententiæ videtur.Cynus ſubſcribere in d.l.2. C. de vſucap.pro hæred.recitans.Dyni ſententiã, eámque improbans.Ego verò diuerſum reſpódi loquendo de vtili ſucceſſore titulo hærediario.Licet enim in bona fide ſit, tenetur nihi-

De iure ciuili non præſcribit,

lominus rem hæreditariam reſtituere: & defűcti, qui mala fide præſcripſit, manes ſceleris nexu expedire. cap. fi. & Ibidem not. de ſepultu. cap. Et in literis de rapto. Defendi tamẽ & confirmari põteſt. Dyni ſententia, eorúmque, qui ipſi Dyno aſſentiuntur, vt id in ſucceſſore inutili accipiatur, cui bona fide poſsidenti & præſcribẽti non nocet mala fides maiorum, cű ab illis res minimè ad eum pertineat, ſeu cauſſam nő habeat: ſed à ſuperioris fundi domino. vt notat gloſſ. in cap. Cura. de iure patro. At verò hæres & vtilis defuncti ſucceſſor, & qui adminiculo ex perſona autoris vtitur, debet cum cauſſa ſua, ſuíſque vitiis vti. l. Pomponius. §. Cum quis de acquiren. vel admitten. poſſ. Ibidem gloſſ. in verb. Vitiis. & eodem loco plenè, & diffuſè Alex. cap. Si quis in ius. de re iudi. lib. vj. gloſſ. in cap. j. in prin. in verb. poſſedit. ad prin. ibi. Sed quæritur. de pacif. poſſ. in prag. ſanctio. Conuenit. l. Vitia poſſeſsionum C. de acquir. & reti. poſſ. & d. l. Cű hæres. de diuerſ. & tempo. præſ. Eſt ſententia. do. Anto. & poſt eum Panormit. In cap. Si diligenti. de præſ. Idẽ Panor. cap. 2. eo. titu. & in d. cap. Cura. quo loco citat Innoc. in cap. Eam te. de præſcrip. & dominos de rota. deciſ. 224. Ego verò his addo Ludo. roma. Conſ. 200. Paul. Caſt. Conſ. 290. Paul. Caſt. Conſ. 290. Diuerſum ſentit: ſed perperam & malè, meo iudicio. Vide Panor. Cőſ. 76. in fi. Et roma. Conſ. 149. Alex. Conſ. 241. & copioſius. Conſ. 361. aliâs 210. ſecundo volum.

Tenetur hæres ad defuncti conſcientiam exenerãdã & exgrauandam qui en mala fide fuit in præſcribẽdo.

Hæres vtilis eſt ſucceſſor vitiorum defuncti.

Quo loco ait, Si ſtatutum, cuiuſmodi eſt Peruſij, prę ſcriptionem prohibeat, non prohibere Centum annorum præſcriptionem. Quod tempus longè hominum excedit memoriam, ex quo ita ſemper vſurpatum eſt. Ita Bal. in l. j. in fi. C. de annal. præſcr. citans gloſſ. in .§. de cętero. in Authen. Vt de cęte. conſtitu. His addens quòd quicquid ſub machina iudiciali tenetur, & regitur, centum annorum ſpatio renouatur. Qua quidem ratione fit, vt temporis huiuſmodi vſus poſt hominum memoriam obſeruatus, iuri communi quantumuis contrarius, omninò vſurpandus ſit. Archid. in cap. in generali de elect. lib. vj. Ad hoc facit quod not. gloſſ. in l. j. C. de præſcrip. xxx. an. l. Si vſusfructus. & l. 2. de vſufru. Videto latius Paul. Caſt. in l. j. C. de bo. mater.

Centum annorum tempus dicitur cuius memoria nõ extat in contrarium. Vt de ſupra. Apho. 9.

Aphoriſ. 187.

¶ Vſus & auctoritas non penſitandi vectigalis, decem eſt annorum inter pręſenteis, & viginti inter abſenteis, ſi de priuatorum rebus agatur. Gloſſ. in l. Si publicanus .§. fi. ff. de publica. At verò aduerſus fiſcum non minori temporis ſpatio, q̃ quadragĩta annorũ erit op⁹. Barto. & docto. in l. Licitatio .§. Earum rerum. ff. eo titu. Bal. in titu. Quæ ſint regal. gloſſ. in l. in fraudem. C. de annon. & tribu. lib. x.

Præſcribitur libertati non ſoluendi vectig. 10. ã inter præſẽ. & 20. inter abſentes. cõtra priuatũ.

¶ Sed ita demũ huic prę ſcriptioni erit locus, ſi

bona fides interceſſerit.gloſſ in l. fi. ff. Quemadmo. ſer. amitta. Quemadmodum ſolet fieri in prǫſcriptione ſeruitutum & iurium. Barto. in l.j.§. Hoc interdicto .de itin. act. priua. Neque enim neceſſarius erit hoc loco titulus, ſed ipſa tantùm bona fides, quam ſatis eſſe conſtat ex tex. in l. 2. & ibidem docto. C. de prǫſcrip.long. temp. Gloſſ. in l.fi. ff. Quemad. ſer. amitta.quo loco videre eſt bonam fidem ſufficere prǫſcribendǫ libertati aduerſus ſeruitutes vrbanas. Idem Dy. in cap. Poſſeſſor. de reg. iur. lib. vi. Docto. in l.j. C. de ſerui. & aq. Sicut in poſſeſsione ſeruitutis non requiri titulum dicimus. l. Si quis diuturno. ff. Si ſerui. vindi. docto. poſt gloſſ.in l. Seruitutes la grande, titu. genera.de ſeruitu. Barto. in l.j.§. Quod interdicto.de itin.actúque pri.

Ad hoc non requiritur titulus, ſed bona fides ſufficiet.

Titulus quādo nō requiritur.

¶Tu hîc adde quòd Sanctione pontificia, vſus & auctoritas nulla eſt abſque titulo, bonâ tantùm fide comite, etiam in rebus corporalibus, vt not Ioan. And. in cap. fi. de prǫſcrip. in vi. in gloſſ. magna. Quod tamen defendi poteſt in prǫſcriptione xl. annorum: cuius fit mentio in d. cap. j. Nam res ſacrǫ atque eccleſiaſticæ minori tempore quàm annorum xl. non ſolent vſucapi. Quamuis innocen. in d. cap. Si diligenti. eo titu.afferat neceſſariò etiam requiri

De iure canonico non procedit ex ſola bona fide.

titulum in pręſcriptione xl.anno.quòd ſucce-dat loco pręſcriptioni x.vel.xx.an.Sed videtur ipſe Innocen.nõ ſatis animaduertiſſe ad d.cap.j.quo hæc diſcutiuntur & explicantur abunde. Et per Ioan.And.in reg.Poſſeſſor. de reg. iur.in vi.& per Anto.de Butr.in d.cap. Si diligenti.

Falſus Innoc in ſua opinione, & reprehenſus.

Aphoriſ. 178.

Quadriẽnio præſcribit emẽs rem à principe.

¶ Sed qui rem à principe emit, quadriennij vſu autoritatéque tuendus erit.l.Omnes & l.Bene à Zenone.C.de quadrien.præſ.

Limitatio hui' Aphor.

¶ Veruntamen hæ leges accipiendæ erunt atque intelligendæ,vt à ſummo principe, veluti Imperatore,vel Rege, rem ſe alienã quis emiſſe contendat, non autem ab inferiore ſecundùm Baldi ſententiam in proœm. Decretal. & in cap. fin.ad fi.de re iud.Idem etiam, Bald. in l.j.C.de hæred.vel act.vend.

2. Limitatio

¶ Secundò,limita in ſummo principe vendente,quem liquet Clauſulam, Plenitudine poteſtatis,vſurpare velle.Sic Bald. in Proœm. Gregoria. Ange.in l.Venditor.§.Si conſtat.ff.Cõmu.præd.Sed in ancipiti controuerſia, nõ cenſetur princeps, plenitudinem poteſtatis vſurpare velle, ſecundùm Ange.ſententiam in d.l. Omnes & in d.l. Bene à Zenone in lectura antiqua. Bal.in l.Si teſtamẽtum.C. de teſtam. Ioan.

Plenitudine poteſtatis nõ præſumitur in dubio prĩceps velle vti.

Monach.& Ioan.And.ī cap. Innotuit de elect. Sed aduerte diligenter ad verba Angeli. Non enim probat hāc Limitationem:nec ego arbitror eam eſſe veram.

¶Tertiò,limita ſupradictas leges, in principe qui ignorans rem alienam vendidit : aliter verò ſi conſultò ſciénſque vendidiſſet: tunc enim emptor quadriennij vſum auctoritatémque vſurpare non poſſet: Gloſſ. in d. l. Bene à Zenone. Azo in ſum. eiuſdem tituli. Gloſſ. in .§. fin. Inſtitu. de vſucap. & ibidem per Ang. Areti. *3.Limitatio.*

¶Ego quidem diuerſum ſentio : quod videlicet non accipiantur prædictæ.ll. locúmque nō habeant in principe ſciente rem à ſe venditam alienam eſſe,quam mala fide poſsidebat.ſecundùm Gloſſ. Bald. & Docto.C.de com. rerum aliena.& Gloſſ. in l.j.de vend.re.fiſca.lib. x. C. Guliel.de Cun.in d.l.Bene à Zenone ad princip.Panor.in cap.2.ad fi.de reb.eccleſ.nō alien. Bald. in l.j.C.de hæred.vel act.vend. Idem ſentit Bald.& clarius Ange. in repeti. d. l. j. C. de vend.re.fiſc.lib.x.Sed nec bona fides ementis aliqua ratione conſideratur ſecundùm Ang. poſt Gloſſ. in d. l. Omnes. Et ibidem per Bald.

¶Quartò limita,Niſi in ea re vendita iuris aliquid ipſi prīcipi eſſet.Hoc enim ſolùm ven- *4.Limitatio*

didiſſe videretur, quod ad ſe pertinebat. l. Si domus. §. fin. de lega. j.

5. *Limitatio* ¶ Quintò, vbi princeps res alienas venderet immeritò, nulláque cauſſa. not. Barto. & Bald. in procem. Pandectarum.

6. *Limitatio & vltima.* ¶ Sextò & vltimò, limita non habere locum in dominatu Summi Pontificis & in foro Petri (vt loquuntur.) Hæc enim iure iniquo cenſenda ſunt: vt quæ à pontificiis Sanctionibus ſeu canonibus obſeruari minimè ſoleant. cap. Placuit. 16. cauſ. quæſt 3. Ioan. fab. in. §. Edicto. inſtitu. de vſucap. Vide Panor. in cap. penult. de re iudi.

¶ Neque etiam locum hæ. ll. habent, quando emptor rem alienam à principe ſciens prudénſque emit. gloſſ. in d. l. Omnes. in verb. Numeri. Cui ſubſcribit Odofre. per Tex. in l. Nec vllam. §. Si quis ſciens: verſ. Item ſi quis à fiſco de peti. hæred. Tametſi aſſerat Barto. ibidem, illum tex. correctum eſſe per d. l. Omnes & d. l. Bene à Zenone. Do. Pet. & Alberi. in l. j. C. de quadrien. præſ. Vide Panor. poſt Gloſſ. in cap. 2. de reb. eccleſ. non alie.

Aphoriſ. 189.

¶ Quandocunque apparebit rem vi poſſeſſam eſſe, non erit longiſsimi temporis auctoritati

præſcriptioníque locus vllus. Tex. ſingul. ſecundùm Barto. ibidem in l. Si quis emptionis §. Sed hoc ſuper illis. C. de præſcrip. xxx. an. Idem Barto. in l. Si alienam. ad princip. ff. Solu. mat. Veruntamen longiſsimi temporis curſu, purgatum cenſebitur quicquid erit vitij in ea re mala fide ac vi poſſeſſa. Tex. ſingul. & ibidem Barto. in l. fi. C. vnde vi. Nam antiquiſsimi temporis vſurpatio, ac poſt hominum memoriam, efficit, vt bona fide rem poſſeſſam credamus. Barto. in l. Celſus de vſucap. Cui aſſentiri videtur Angel. in l. Eum qui §. Publiciana de publicia. Atque hîc citat Immol. in cap. Licet de proba. Sic quoque videmus obſeruari, vt qui diuturno tempore in quaſi poſſeſsione fuit eligendi iuris, aduerſus iuris communis præſcriptum, ꝑpter diuturni temporis auctoritatem vſúmque hominum memoriam excedentem, cenſeatur malæ fidei labe purgatus, atque expeditus. Immol. in cap. 2. de reſtitu. in integ. Subſequitur Do. Anto. in cap. Conſultationibus de iur. patro. & in d. cap. Si diligenti. & ibidem Panorm. de præſcrip.

Si apparet de violentia nõ cadit præſcriptio.

Ex longiſs. temporis poſſeſsione præſumitur bona fides.

¶ Adde ſi lubet, quòd Tex. in d. l. fin. loquitur de eo qui rem ἀδέσποτον atque à nullo occupatam, ſeu vacantem totos triginta annos poſſederit, ipſáque potitus fuerit citra controuerſiam nullóque inter-

Qualiter accipienda ſit l. fi. C. vnde vi.

pellāte, ſic vt certā iam poſſeſsionē habeat: qua ratione præſumendum erit in nullius bonis fuiſſe eū cū occupare cœpiſſet. Aliter verò ſētias, ſi rem vi poſſeſſum eat, nec abſque malè fidei nota. Argu. cap. fi. de conſuetu.

Aphoriſ. 190.

Habens titulum & bonam fidē, ſpatio lōgi. tēp. præſcribit cōtra creditorē habentē hypothecā reſeruata creditori dūtaxat actione perſonali.

¶ Qui auctoritate ſcripta bonáque fide nititur, tutus erit præſcriptione longiſsimi temporis & memoriam hominum excedentis aduerſus creditorem cui ius eſt Hypothecę, receptitia tantùm actione perſonali ipſi creditori, iuréque ſaluo, eiuſdem rei nomine, quęſtionis ei ad quem res attinere videbitur. Cy. Bal. & Ang. in l. j. & .2. C. Si aduerſ. Credito. Per eoſdē in. l. Sicut. C. de pręſcrip. xxx. vel xl an. Gloſſ. in l. Cum notiſsimi. in princip. in verb. ſpaciis eo titu. l. penult. & ibi lem per Bal. C. de pręſcrip. longi temp. Huic rei conuenit l. Creditor. C. de diuerſ. & temp. pręſcrip. Gloſſ. in l. Sicut. in verb. poſsidente. circa princip. C. de pręſcrip. xxx. an. Tex. in l. Cum vitium. §. fi. eo titu. de diuerſ. & tem. pręſ.

Aliter ſi ſecundus creditor velit contra priorem præſcribere.

¶ Iam verò aliter dicēdum erit, ſi creditor poſterior aduerſus priorem pręſcriptione vſúque velit contendere: tunc enim xxx vel xl. annorum ſpatio erit opus. d. l. Cum notiſsimi. & l. Sicut. & ibidem per Barto. poſt gloſſ. Bal. in d. l. j. Cyn. in d, l. Sicut, in 2, oppoſ.

¶Quatuor ſunt igitur huiuſce prçſcriptionis ſpecies. Prima quidem, quando hæres vſu atque auctoritate ius vſurpat hypothecę aduerſus creditorem. Tunc enim neceſſaria erit 40. anno auctoritas d.l. Cú notiſsimi. At verò aduerſus poſteriorem creditorem, ſatis erit xxx. annorum vſurpatio: niſi ſuperſtes adhuc fuerit debitor: quo caſu xl. annorum vſus poſtulatur. vt ibidem not. per Cyn. Bal. & Ange. in d. l. Sicut Ange. in d. l. j. C. Si aduerſus credi. Quòd ſi extranens ſit poſſeſſor cum titulo & boná fide, vſucapit ſpatio decem annorum inter prçſentes & xx. an. inter abſenteis. Vide not. in Authen. Vt eccleſ. Roma. C. anno prçſcip. gaud. Specul. titu. de prçſcrip. verſ. Sed de hypothecaira. Et expende diligenter Angeli dictum in d. Authen. Vt eccleſ. Roma. ad limitationẽ d. l. j. & 2. C. Si aduerſ. cred. quo loco vult eas. ll. procedere debitore mortuo. Aliâs autem ſi ſuperſtes erit. Tu cogita ἐφεκτικὸς & Academicus. Euolue interea gloſſ. in l. Si obligata. C. de euictio.

Limitatiões hui⁹. Aphor.

Prima, Quãdo hæres præſcribit hypothecam contra creditorem.

2. Limitatio Quãdo poſſeſſor eſt extranens.

¶Sed qui ſi aliquis dubius ac incertus vſucapit, cenſebitúr ne bona fide vſucapere? Et palam eſt nó cenſeri. Qui enim neque bona fide, neque mala nititur, minimè eſt vſui auctoritatíque vſurpandę idoneus, maximè cum hîc bona fide erit opus. l. poſſeſsio quoque. §. fi. ff. de acquir. poſſeſſ. Not. in l. j. C. eo titu. not. Barto.

Dubitans nõ eſt aptus ad præſcriptionem requirẽtẽ bonã fidẽ.

in l. Naturaliter. de vſucap. Not. Doct o. in cap. ſi, de præſcrip.

Aphoriſ. 191.

Si dicatur, Nõobſtante præſcriptione, quid erit intelligendũ

¶ Quandocunque in ſtatuto vel Mandato aliquo principali cautum erit, Nõobſtante præſcriptione, enuntiatione generali, hoc de minori præſcriptione 40. anno. accipiendum erit: nec ipſa quidem xl. an. auctoritas excluſa cenſebitur. Ita ſentit Ange. poſt gloſſ. ibidem. Et Barto. in l. Si quis decurio. C. de decurio. lib. 10. addens quòd ſi ſtatuto caueatur nullam eſſe inſtrumento conſeruationis præſcriptionem, eſſe tamẽ pręſcriptionem xl. annorum: per tex. in l. Vniuerſas. & ibidem ipſe Ange. C. Ne rei dominicę vel templo. Quo loco citat gloſſ. in Authen. Quas actiones. C. de ſacroſ. eccleſ. Angel. in. l. j. ff. de concuſſ. Bal. in cap. j. §. Præterea. de capitul. Corad. Lodoui. Rom. diffuſè in rub. de arbit. Ange. in l. Non ſolùm. ff. de vſurp. citans ipſe tex. in Authen. Vt de cęte. com mut. non fi. ad fi. Ange. in l. Quod ſi nolit. §. Si quis ita. de edil. edict. Idem Ange. in l. 2. §. Interdictum hoc perpetuum. de itine. actúque priua. Quo loco ſcribit quòd ſi ſtatuto præſcribatur opponi non poſſe præſcriptionem aduerſus litteras auctoritatem fidémque tabularũ publicarum obtinentes, nihilominus ex æquo & bono Centum annorũ admitti præſcriptionem. Sed aduerſus prædicta decidit Barto. in l.

Si ſtatuto caueatur quòd nulla poſsit opponi præſcriptiõis exceptio cõtra ĩſtrumẽtũ garentigiatũ.

Cum ſatis.de agrico. & cenſit. lib. xj. C. Nam ſtatutum ſemper loquitur & reſpondet ad iura contraria:& leges legibus ſolent limitari: ſtatuta verò,non item. Qua ratione idem dicendum erit in pacto, cum longè fortioris ſit facultatis contrahentium partium conuentio, quàm legis prę̨ſcriptum ſeu diſpoſitio. Gloſſ. ſingul.ſecundùm Dyn.C. de in integ. reſtitu. mi.Quod ipſum Ang.in l.Cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo.ff.de verb. oblig. ſentire videtur,cum videlicet de eo ſermonem facit qui ſtato die ac prę̨ſtituto ſoluturum ſe recepit,atque in poſterum,arbitratu & prima quaque creditoris interpellatione:aſſerens ipſe Angel. hæc verba ſignificare idem quod perpetuò peti poſſe,prę̨ſcriptione valere iuſſa,ſeu nõ obſtãte ,vt loquuntur. Atque hoc ipſum eſt quod videtur ſenſiſſe idem Ange.in.d.§.Si quis ita.

De eo qui promiſit ſoluere ad diem, & ab inde in futurum ad omnem petitionem & voluntatem creditoris.

¶ Veruntamẽ diſſentit Ludo.Roma. in d. rub. & Bal.in l.j.Solu.mat.tradit,Si perpetuò ſoluturum me ſpopõdi, poſſe me nihilominus prę̨ſcriptione defendere per tex. in l. in rebus. in verb.Semper iuncta.de iur.dot.C.& l.In congnitione.verb.Semper.ad Syllania.Quæ etiam fuit Angeli ſententia in l. Si quis prę̨dium. C. de agri.& cenſi.lib.xi.Quo loco ſcribit, quòd ſi ſtatuto cautum eſſet,dotalia inſtrumẽta executioni mãdari,præſcriptiõe valere iuſſa, & locũ cedẽte: obſtare tamẽ xl.annorũ prę̨ſcriptionẽ.Prę̨ſcriptũ enĩ ſeu cõſtituto tẽporaria,quę̨ tẽporis nõ ſit iudex καὶ ἐπίδηλος cẽſetur ĩ dubio

Notandum.

Diſpoſitio tẽporalis nõ exprimẽs indubio tẽpus intelligitur duraredec i. 10.

decennalis. Bald. in l. j. C. de poſtul. per tex. in l. Sine pręfinitione de pœnis. Ad hoc facit quod not. Ange. in l. j. de vſucap. Quo loco dicit, illa verba. Perpetuò facturum, obſeruaturum, ac nunquam aduerſatum iri, ſecundùm poſtulationem voluntatémque cõtrahentis & aſſerentis, idem eſſe quod renuntiare ac eiurare præſcriptionis ius his conuenit Gloſſ. in l. Qui luminib' de ſeruitu. vrba. præd. Vbi ſi ſuprà mille annos deſierim in area mea, quæ ad tuam eſt ædificare, nihil eſt propterea quòd ædificare ne prohibere poſsis: quæ enim facultas in exercitio poſita eſt, nullum ius tribuit, Immol. in l. Quandiu de acquiren. hæred. Nequit igitur vſucapi, per Tex. in l. Viam publicam. ff. de via pub. Secus autem ſentiendum foret, ſi hæc facultas iuris aliquid concederet per Tex. in d. l. Cum notiſsimi. & ibidem nõnihil diſceptatur, An ius offerendi, poſsit auctoritate vſurpari, ſeu præſcribi. Et per Gloſſ. & Barto. in l. Pignori. de vſucap. in l. Si rem. §. Omnis de pigno. act. in l. Si finita. §. Poſtea de dam. infe. Barto. in l. j. de condit. ex leg. Quo loco ſcribit, id eſſe facultatis ſimplicis, cum aliquid conceditur, iuris ſui conſeruandi gratia. d. l. Viam publicam. Aliter verò, ſi ad recens acquirendi ius pertineat. Hæc nanque meræ facultatis eſſe non cenſentur. Nec facultas ea quidem dici debet, ſed ius. Ad hoc facit gloſſ. in l. j. C. de annal. excep. Quo loco ſcribitur, pro ſocio actionem nondum natam vſurpari auctoritate vſúque non poſſe:

Quando nõ cenſemur renuntiare præſcriptioni.

Non præſcribitur facultati in exercitio deducta et ius nõ tribuenti.

Simplex facultas quæ.

poſſe: quoniam hoc à libero pendet arbitrio. Atqui ſocietatis eiuratio ac renunciatio deducta in actum, renuntianti ius aliquod non tribuit, neque tamen præſcribi poteſt, vt ibidem tractatur. Videto in hanc rẽ latiſsimè Alex. poſt Barto. Bald. & Docto. in l. Nemo poteſt de lega. j. Et quod ſcribit Barto. in l. Ius emphyteuticum ad fin. C. de fund. patrimonial. lib. xi.

Prælatus.

Aphoriſ. 192.

PRælati, quos rectius Latini Præfectos Chriſtianæ eccleſiæ, & Græci epiſcopos appellãt, τουτέστι τοὺς ἐπισκοπέοντας, id eſt, ſuper intuenteis, quos etiam ἐφώρους Lacedæmonij nominabant, & reliqui Curiales, quibus dominici gregis cura καὶ ἐπιμέλεια demandata eſt, cenſentur vtroque nomine, & vſufructuarij, & procuratores Eccleſiæ. Qua de cauſſa, contrahentes legitimè, & res eccleſiaſticas locato tradentes, idque eccleſiæ nomine, poſteros ſucceſſoréſque prælatos & curiales ſeu rectores, contractibus huiuſcemodi obſeruandis obſtringunt. Si verò non Eccleſiæ, ſed ſuo ipſorum nomine contraxerint, nihil ea de re ſucceſſor obligabitur, neque anteceſſoris ſui factum comprobare, neque id præſtare tenebitur. Eſt enim ea obligatio non in rem ſed

Quatenus prælati & alij rectores Eccleſiæ ſuos ſucceſſores obligant.

Limitatio. in pſonā ſcripta. Verū hoc aliter ſeſe habet ī Sacerdotijs ſodalitijs, ſeu Canonicis prębēdatis, q vſufructuariorū loco cēſentur tantū. Nō ideo is qui ſacerdotio illi ſodalitio ſuffectus erit, poterit defuncti factū ritè aduerſari, vt qui non teneatur defuncti ipſius pacta, conuentiones & contractus obire. Hæc quidē omnia colliguntur ex doctrina Immolæ, hoſtien. do. Anto. & docto. in cap. Querelam, quod eſt circa fin. Ne præla. vi. ſuas. Ioan. And. in Nouel. in cap. j. de ſolutio. Gloſſ. & Archid. in cap. hoc ius placiti & cap. Alienationes. 12. cauſ. quæſt. 2. gloſſ. in cap. Poſſeſsionis. 15. cauſ. quęſt. j. Latiſsimè do. de Rot. adferentes cauſſam diuerſitatis deciſ. 232. cuius initium eſt. Item ſi prælatus. Ange. Conſ. 276. incipi. Quia omne datū optimum. De prælato ad tutorem argumentum eſt validum gloſſ. in cap. fi. 5. cauſſ. quęſt. 3. & in cap. Qualiter & quando. le. 2. in verb. Rationem de accuſa. Panor. in cap. Nulli liceat de reb. eccle. non alie.

Nota bene hanc materiā quæ millies occurrit in praxi.

Argum. bonum de prælato ad tutorem,

Aphoriſ. 193.

Quantis non poſsit pręlatus damnum iacturāmve iuris adferre Eccleſiæ quod ad res iam quæſitas attinet, tamen in acquirendo earum rerum dominio, poterit. Ex ea ratione, licebit ipſis pręlatis & Rectorib⁹, nullis iuſtis ſolēnijs legatū eiurare ac renuntiare, ſimul & hæreditatem delatam eccleſiæ. Innocen. do. Anto. &

Prælatus poteſt repudiare legata. & hæredita

docto.in cap.j.de dolo & contu. Lappus allega.32. Gloſſ.huic rei admodùm conueniens in cap. Illud ſtatuendum. 16. cauſſ. quæſt. 6. Panorm.eleganter in cap. Potuit de locato. vide Paul.Caſt.Conſ.xi.incip.In caſu prçſenti. Videto etiam Bald. per tex.cum ibidem nota.in gloſſ.l.Apud Celſum.§. Autoris. verſ. Cæterùm.de doli excep.in cap.j .§. Firmiter.in fi.de prohib.feu.alie.per Freder.vbi ait Bal.quòd ea quæ inſtar ſunt cauſarum lucratiuarum Prælatus ſolus poteſt eiurare:iacturámque iuris eccleſiæ facere ſeu prçiudicare. His adde quod aſſerit Innocen.in cap.fraternitatẽ de donat. & Bal.in l.Bonorum.C.Qui admitti ad bo.poſſ. Et hoc vnum ſingulariter dictum diligenter expende, videlicet quòd q̈uis Epiſcopus, aut quiuis alius Curialis ſeu Rector(Summũ Pontificem excipio) legatũ ſacroſanctis vſibus relictum, in vſus alios commutare ac traducere non poſsit,vt in Clem.Quia cõtingit de rellig. dom.poterit nihilominus ſuprema morientis mandata immutare, ſi modò teſtamentarij arbitri & curatores ea iam non fuerint exequuti. Facilius enim quæ facienda ſunt,quàm iam facta mutãtur.l.Patre furioſo.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.Ita ſingulariter Ioan.de Immol.in l.j.ff.de condit.inſtitu.Fely.In cap. Super his. de accuſatio.

tem Eccleſiæ delatã ſine ſolemnitate.

Notandum maximè.

Poteſt Epiſcopus alterare teſtatoris voluntatem nondum exequutam quãuis legatum ad pias cauſſas nõ poſsit.

Princeps.

Aphoriſ. 19.

Quanta ſit regis & principis auctoritas & poteſtas.

SOli equidem regi, Principi, atque Imperatori, licet iubere in hæc verba, videlicet, SIC FACIAS. reliqui autẽ à principe, & inferiores, poſſunt tantùm mandare iudicibus qui dent operam iuſtitiæ, his ſcilicet verbis, FAC IVSTICIAM. Ita ſingulariter Bal. in cap. j. Si de inueſti. inter do & vaſſ. lis oria. Idem quoque Bal. in l. j. C. Quomodo & quand. iud. dicens poſſe inferiorem cogi à ſuperiore cuius auſpitiis, iuriſdictionis conſtitutionem profitetur, vt ſententiam ferat: non ſic, aut taliter ferat: niſi iſte ſuperior, ſumma principis maieſtate eſſet præditus. Citat in hanc rem. l. j. ff. de conſtitu. prin. Adde etiam tex. in cap. Raynutius. extr. de teſtam. Innocen. in cap. Significantibus. de offi. delega. Bal. in rub. eiuſdem titu. Quo loco ſcribit non valere mandatum quo iubetur, Sic ferri ſententiam, & non aliter: cum in ferenda ſententia liberum debeat eſſe iudicis arbitrium. l. Qualem. de arbit. Etiam ſi id mandatum, conſenſu partium litigantium comprobaretur. Alleg. not. in l. j. C. de iuriſdi. om. iud. Atque id quidem verum eſſe fatendum erit, quanuis nõ abs re fuerit ſi inter litigatores, quid pronuntietur, conuenerit, iudicem huiuſmodi ſententiam proferre l. Si conuenerit. de re iudica.

Quod maximè in iudicio contradicto locum habet: in arbitrio, non item gloſſ. in d. l. Si conuenerit. in verb. proferre. Ad hoc facit quod pulchrè dicit Cy. & alij poſt eum, in l. j. C. de aduo. ſcilicet principi licere, tum ſecundùm cõſcientiam, tum verò ex dictis ſcriptis, & probatis iudicare. Qua ratione mirum non fuerit, ſi illi quoque liceat mandare iudici. Sic vt iudicet. Quod nota diligenter.

Aphoriſ. 195.

¶ Qui ſuperiores ſe dominos profitentur, nulli alij, quantum libet ſummo mancipati dominio, ídque iuris ab antiquiſsimis moribus ducunt, cuiuſmodi ſunt reges, Duces, Comites, & Democratiæ, cenſentur in ſuo territorio Imperatoris loco: idémque iuris & poteſtatis habent quod Imperator. Barto. in l. Hoſtes. de capti. & poſtlimi. reuerſ. Idem Barto. & Bald. in l. j. §. de qua re. ff. de poſtul. Barto. & Immol. in l. Infamem. de pub. iudi. Bal. in l. j. in fi. C. de hæred. vel act. vendi. & in l. 2. C. de ſenté. quæ ſine cert. quanti. do. Anto. in cap. Per venerabilem. ad fi. extr. Qui filij ſint legi.

Nõ recognoſcentes ſ etiã de facto ſuperiorem ex antiqua cõſuetudine, tenent locũ ſuprcmi imperatoris ĩ ſuo territorio.

Aphoriſ. 196.

¶ Quapropter inferiori à rege & Principe, minimè fas erit iuriſdictionem demandare cum

Inferior dominus nõ poteſt

clauſula, Appellatione remota. Atque vt iudicando poſsit iudex mores inſtituta, vſúſque & formulas forenſes diſſoluere, & cōpēdiaria diſceptatione nulláque controuerſiæ ſeu litis imagine, rem tranſigere: etiam ſi is eſſet legatus à latere, qui veluti regis cēſetur vicarius. Gloſ. eſt in cap. fi. de hæreti lib. vj. Ioan. de Immol. in l. Nemo poteſt de lega. j. Et ibidem Bald. dicens non poſſe adijcere clauſulā, Non obſtante. Idē ſentit gloſſ. in Clem. Sæpe. de verb. ſig. cū gloſſ. in d. cap. fi. Ancbara. & Panor. in cap. Niſi ſpecialis extr. de offi. delega. Ange. in d. l. nemo & in Authen. Offeratur. C. de litiſconteſt. Bald. in l. necquicquā. §. vbi decretū de offi. proconſ. & in l. j. de ferijs. Illa enim clauſula, Sine ſtrepitu & figura iudicij, procul pellit omnem frau-dationem & captionem: ac facit poteſtatem iudici quærendæ rei, & explicandæ controuerſiæ, non ex iuris ſummi præſcripto, ſed ex æqui boníque ſentētia & interpretatione. Do. Anto. in cap. Dilectus extr. de iudi. & Panorm. ibidē Patet ex his, inferiorē illū dominū diſſoluere non poſſe mores, inſtituta, vſúmque & formulas forenſeis: nec iudiciorum ordinē à lege, vel principe præſcriptum, inducere, ac cōmutare. Eſt ſententia. do. Anto. & Immol. in Clemē. ne Romani, de elect.

committere cauſam appel. remo. Nec mādare vt procedatur non obſeruata conſuetudine & ſtillo: & ſine ſtrepitu & figura iudicii.

Clauſu. Sine ſtrepi. & figu. iudicij, aufert rigorē iuris & reducit ad æquitatem canonicam.

Aphoriſi. 197.

Summ⁹ princeps, Imperator, vel Papa, naturali

defenſioni derogare non poteſt. Clem. Paſtoralis.de re iudi. Eſt enim à iure naturali prodita ſui ipſius defenſio.cap.ius naturale diſt. j.l.j.§. Cum arietes. ff. Si quadrupes paup. fec. dica. Quando igitur cauſſa ſanguinis conſtituta, rem quęrere iudex incipiet, legitimi ſanè ſtatíque defendendi ſui dies erunt Bald. in l.Vt vim de iuſti.& iur. Quo loco dicit in flagranti crimine id non procedere.

Dilatio eſt danda ad defenſionem parãdam in cauſſa criminali.

Aphoriſ. 198.

¶Tametſi neque veriſimile, neque præſumpta ſit ſuſpitio, Principem in iure errare:argu. leg. Omnium. C. de teſtam. fieri tamen poteſt, vt ipſe aliquando errare comperiatur, idque ob numeroſam rerũ agendarum negotiorúmque paradigmaticorum molem. Tex. & ibidem Barto.& docto. in l.3. ad fi. de ſupellect. lega.

Errare in iure poteſt Princeps propter multitudinem negotiorum,

Aphoriſ. 199.

¶Si aliquid concedit princeps ex certa ſcientia,efficitur,vt id veri fidem perſtringere nobis perſuadere debeamus:ſed nec ad ancipitis aleæ iudicium pertrahere. Barto. in l. Conficiuntur.§.j.de iur.codicil. Tex.& quod ibidẽ not.Bal.in.l.Vlpianus.de excuſ.tuto.in l.fi. C. ſentẽ.reſcin.nõ poſ.Bar.& Moder.in l.Quidã cõſulebat.de re iu.Et cũ duplex Prin. poteſtas

Princeps concedendo ex certa ſciẽtia facit vt credatur illud eſſe verũ nec in dubium renocandum.

rei vindica in l. venditur.§.Si conſtat ff. Cómu.præd.in l.Lucius.ff.de euictio.Qua ratione poterit & ipſe princeps ius aſyli conſtituere,ac concedere.Barto.in Conſil.incip.Commune Spoleti.&c.& Conſil.incip.Ciuitati Camarini.Maius autem fuerit,ſi princeps aliquid concedat veluti aſylum aut priuilegium ciuitati alicui, officiorum ſeu meritorum compenſandorum gratiâ,quam ſi id mera largitione conceſſerit.Hæc enim ſolutionis habentur loco, etiam in fideiuſſore liberato, ad repetendum.l.Idémque.§.fi.cũ duab.ll.ſeq.ff. mandati.Quod enim ſic conceſsit princeps, reuocare legitimè non poterit:niſi iuſtiſsima quadam de cauſſa.Ioan.And in cap.dilecto.de conſanguinita. & affi.Indecorum ſiquidem eſt principem immeritò reuocare quod cóceſsit ex cauſſa.§.penult. Anthen. de referenda.facit quod not.Bal.in authen. Quibuſcunque. de ſacroſ. eccleſ.Et quanuis perſonale pactum principis ad poſteros minimè transferatur, reale nihilominus ipſos principes poſteros & ſucceſſores obligat.Bal.in l.digna vox.ad fi. C.de legib. & in l.penult.C.de donat inter vir.& vxo.& in l. j.de pactis.Ideò quodcũque Rex vel princeps regiæ dignitatis nomine agit, ſiue contrahat, ſeu paciſcatur,id ratũ gratũq; habere ſucceſſor debet, quó dque factum erit à maioribus,hoc ſuſcipere ac præſtare, etiam ſi non hęreditario iure,principalis vel regię illius dignitatis arcem conſcenderit.§.Illud. authen. Conſtitu

ſaltem de plenitu pote.

Conceſsio ob bene merita eſt loco ſolutionis.

Nec ea poteſt reuocari honeſtè.

Quod facit princeps ſub nomine dignitatis, ſucceſſor etiam non hæres tenetur ratum habere.

tio.quæ de dignita. Bal. in l.j.ff.de cōſtitu. princip.in rub.& in cap.j.de natu.feu. Vide Ludo. Ro.Conſ.298. Alex.Conſ.primo.2.part.Conſ.

Aphoriſ. 201.

Principe rē donante alicui, licet ſuc ceſſor eamdo nauerit alteri & illi tradatur poſſeſſio prius, tamen præferetur primus.

¶In donatione à principe facta, id quidem obſeruari conſuetum eſt, vt ſi quicquam princeps alicui donauerit, poſtmodùm ipſius principis ſucceſſor eandem rem alteri donatam voluerit & eum in eiuſdem rei poſſeſsionem prius deduci fecerit, anteferendus erit nihilominus is qui prior rem ipſam dono excepit, quanuis ad vtendum fruendúmque re ſibi donata nódum fuerit admiſſus. Hanc ſententiam Ludo. Ro. Conſ.298. incip. Circa præmiſſam dubij conſultationem videndum occurrit, multis rationibus & Iuriſconſultorum auctoritatibus comprobat. In quam rem ego quidem profero tex. in l.fi.C.de loca.prædio.ciuil. vel fiſca. lib. xj. Quem quidē tex. Barto. in hunc ſenſum trahit, vt nequeat princeps rem vni conceſſam, alteri poſtea concedere, etiam motu proprio: niſi adijciat quoque clauſulam, Nonobſtante. Ad hanc rem eſt etiam tex. quē magnopere expendunt Bal. Raphael. & Paul. Caſt. in l.2.C.de legibus. Quo loco, caſtri conceſsio à principe facta alicui bene de republica meritò, plená nanciſci debet iuris auctoritatem. Neque verò detradendus erit caſtri conceſsi vſu poſſeſsionēque: ſed è contrario tuendus; vt interdictū re-

Vis clauſulæ, Non obſtante.

Prima conceſsio facta à principe ſortiri debet effectum.

Nec erit au

tinendæ poſſeſsionis planè vincat. Et quod magis eſt, ſecunda iſta impetratio erit ipſo iure nulla: nam eiuſmodi conceſsio emẽtita potius rei expoſitione impetrata cenſebitur, & à principe ipſo eblandita, quàm vera, & ex animi ſententia conſilióque obueniſſe. l. Si qua loca. & ibidem gloſſ. ordi. de fund. & ſalti. rei do. lib xi. C. Nõ eſt enim boni principis altare vnum ſpoliare, vt alterum operiat: & quæ priuilegia vni ſunt iamdudum conceſſa, alteri tribuere. Quinimò qui à principe prior beneficium recepit, éſtque poſſeſsione ſuperior, hic iure potior cenſebitur. Aquarũ quippe publicarũ cõceſsio intelligitur iure ſaluo illius cui prius cõceſſum fuit ab ipſo principe priuilegium. Ita pulchrè tradit Bald. in pa. conſtan. in verb. poſſideant. argu. l. Aſsiduis. §. Exceptis. C. Qui pot. in pig. hab. Ideo ſi papa Sacerdotium beneficiúmve eccleſiaſticũ alicui abſtulerit de plenitudine poteſtatis, & alteri idipſum contulerit, tenebitur penſare eodẽ ſacerdotij prouentu. Bal. per gloſſ. not. ibi in cap. j. §. Adhæc in. 7. col. de pace iura. fir.

ſtrandũ caſtrum primo donatario ſed defendẽdũ. Et ſecũda impetratio præſumetur ob reptitia & impetrata per importunitatẽ à principe.

Prouerbium

Si papa abſtulit beneficium alicui de plenitudine poteſt. tenebitur illi prouidere de ſimili.

Aphoriſ. 207.

¶ Tanta quidem principis eſt ſeu regis dignitas, tanta lux auctoritatis, vt nihil immeritò, nihil indecenter, nihil niſi ex æquo & bono agere ſtatueréque cenſeatur: non autẽ ex plenitudine poteſtatis. Quapropter initi cum princi-

pe contractus vim legis habent.l.Cæſar.& ibidem Barto.&Moder.ff.de publica. Bald.de pa. conſtan.in verb.nolumus.& in verb. pactiones verſ.Sed nónne contractus. Et coniectura eſt ipſos contractus iuſtis ſolemnijs cum principe celebratos eſſe: vt quia in his bona fides potiſſimùm conſideratur. Bal.in.l.Omnium.C.de teſtam.Idem Bald.in d.pace conſtan. verb. bona fide. In his præterea iure communi cenſetur vti princeps. Propterea, quod contrahendo promittit,id bona fide præſtare debet: tenetúrque ex pacto nulla prorſus lege diſſoluendo. Cyn. & docto.in.l.digna vox.C.de legi.& in.l.Princeps.ff.eo titu.cap.j.& ibidem docto.de probat & cap.j.& ibidem Bal.de natu.feu.Bal.in l. Ex imperfecto.C.de teſtamen.in l. Qui ſe patris ad fi.C.vnde lib.Innocen.& docto.in cap.Nouit de iudi.& in cap.In noſtra.de iniur.& dam. da.Barto.in le.Omnes populi: de iuſti. & iur.

Præſumuntur omnia ſolẽniter acta in contractu cum principe celebrato.

Princeps obligatur in contractibus indiſſolubiliter.

Quando verò reſcribit Princeps, ſtatur narratiuis eius verbis de facto alieno,quod ad luculentum teſtimonium attinet, ſimodo ipſo facto videtur magnopere niti καὶ ἰσχυρίζεσθαι.Clemen.j. & ibidẽ Anchara. & omnes de probat. Paul.Caſtren.Conſil.280. incip. in facto præſenti non intendo adulari. Panor & docto. in cap. Ad audientiam.de præſcript. Immola. in cap.Ex parte decani.de præſcrip.Not.docto.in cap.Nonnulli.§.fi.de præſcrip.

Standũ verbis narrati. pri. ſuper facto alieno ad plenam probationem, ſi princeps ſe fundat ſuper illo facto.

Præſumptio.

Aphoriſ. 203.

¶ Præiudicia iuris, vel (vt vocant) prę́ſumptiones iuris & de iure, oboriũtur ex ſentẽtia quæ tranſijt in rem iudicatam. cap. Cum inter. de re iudi. l. Rex iudicata de regul. iur. Tamen aduerſus rem iudicatam atque omnem aliã præſumptionem iuris & de iure, confeſsio partis pro teſtimonio erit, & hanc ipſam præſumptionem elidit ac tollit. Innocen. in cap. Quia plerique de immunit. eccleſ. quod quidem axioma mirificè commendat Bald. in rub. C. de probat do. Anto. in cap. Quoniam contra. extr. eodem Id etiam comprobat gloſſ. & ibidem Cyn. in Authen. Sed iam neceſſe eſt. C. de dona. ante nupt. Idem, gloſſ. in l. in contractibus in prin. in verb. nullomodo. C. de non numera. pecu. Ang. in repetitio. l. Sciendum de verb'. oblig. Tex. in l. j. ibi, ne fidei ruptæ, cum gloſſ. ſecundùm intellectum. Saly. ibidem. C. de dol. Not. Cyn. in d. l. Sed iam neceſſe. Innocen. gloſſ. in Clem. vnic. de probat Vnde videmus Negatiuam confeſsione aduerſarij probari, quę tamen aliàs nullo teſtimonio quantunuis locuplete confirmaretur. Tex. & ibidẽ not per gloſ. & docto. in cap. j. de confeſ. lib. vi. Cum Cyno. & reliquis Ange. ſentit in l. Non eſt veriſimile.

Præſumptio iuris & de iure, vnde.

Negatiua qualiter probatur.

Quod met. cauſſ. Cepol Cautel. 24. Plenius Paul. Caſt. Conſ. 89.

Aphoriſ. 204.

Præſumptio legis eſt liquida probatio.

¶ Anticipata iuris legíſque iudicia, plenas teſtimonij parteis agunt, & liquidæ probationis loco cenſentur. Gloſſ. ſingul. & ibidē Barto. & docto. in l. Si tutor. de pericu. tuto. Quam quidem pro ſingulari citat Immola. in l. Queſitum de re. iud. Tex. not. in l. j. in ver. liquidò probatur. C. de teſt. milit. Tex. in cap. Super quæſtionum & ibi Panor. ponderat in prin. de offi. de lega.

Aphoriſ. 205.

Eſt præſumpt. iuris quòd quis ſit in bona fide etiam ſi non appareat titul⁹ aliquis.

Quòd quis ſit ī bona fide, iuris eſt pręſumpta ſuſpitio ſeu præſumptio. Gloſſ. in cap. Si diligenti, & in cap. Sanctorū: ad fi. de pręſcrip. cap. Auditis eo. titu. Atque id vſque adeò verū eſſe dicunt, vt etiam ſi nulla ſit ſcriptæ auctoritatis fides nullúſve titulus appareat, locum habere adfirment Gloſſ. in l. Si quis emptionis. in ver. Tenuit. C. de præſcrip. xxx. vel xl. an. Quam laudat Bald. in l. Celſus. de vſucap. Ange. in l. Super longi. C. de præſcrip. longi temp. gloſſ. in cap. Cum eccleſia. de cauſſ. poſſ. & propriè Barto. In l. Moueor. C. de ſer. export. Qua ratione ſolemus vulgari axiomate cantare, malam fidem fraudémque non præſumi vt not.

per gloſſ.& docto.in ſupra dictis locis & in l. Apud antiquos.C.de furt.

¶Bona tamen fides debet allegari quanuis de iure præſumatur. Neque verò ſatis eſſet ſcriptæ auctoritatis fidem facere, titulúmque probare, niſi quoque Bonam fidem laudaueris. Ange.in l.Eum qui.§.Publiciana. ff. de publicia.Ange.areti.in .§. Sed iſte. Inſtitu. de actio. & in d.l. Super longi. Bald.in cap. Si quis per titu. Si de feu. fue. contro. inter domi. & agna. per l. Si adulterium .§. Idem Pollioni de adulte.Bald. in l. 2. C. de execu. rei iudi. Quo loco ſcripſit, ex poſſeſsione non præſumi dominium, niſi allegetur. Idem Sali.in l. Certi iuris.C.locati Barto.in l.rem alienã. ff. de pig. actio.Idem Barto.& Moder.in l.Qui in aliena .§.Sed ſit adierit.ff.de actio.hæred. Quo loco uide Alex.& Barto.in l.j.ad fi.de except. Bald. in l.j.C.Quomod.& quand. iudex vide Alex. Conſ.218.& Conſ.192.in pri.

Limita quòd bona fides eſt allleganda.

Ex poſſeſſione non præſumi dominiũ.

Aphoriſ. 206.

¶Priuſquàm ex rationibus calculi debitum in tuas rationes ſoluiſſe me præſumpta iuris ſuſpitione tacitè colligi poſsit (de quo eſt tex. ſolemn. in l. Procula. ff. de proba.) duo pro ſubſtantia requiruntur. Primum quidem, quòd frequenter rationes &

Ad hoc vt ratio calculi inducat tacitam debiti antecedentis re-

miſsionĕ iuris præſum- ptione quæ requirantur.

calculum poſuerimus. Secundò, quòd is, quocum rationes ſubduci oportuit, patrij ſanguinis nexu mihi iungatur, velutifrater. Et in eum ſenſum accipitur gloſſ. aurea in l. libertis quos §. manumiſsis. de ali. & ci. lega. Cuius nō meminit ludo. ro. Conſ. 193. incip. licet variè: vbi tradit hanc doctrinā do. Alex. Conſ. 46. ad fi. & in l. Quæ dotis poſt Barto. & Immol. Solu. mat.

Aphoriſ. 207.

Duobus veriſimilibus datis.

¶ Vna præſumptio, aliam inducit & abrogat. l. diuus de integ. reſti. Gloſ. in cap. litteras de prę ſumpt. Nam duobus veriſimilibus enuntiatis, cōſideratur id quod videbitur veriſimili⁹. Bal. in l. fi. C. de hæred. inſtitu. 20. Oppoſit.

Aphoriſ. 208

Præſumptio ſic eſt accipiĕda ne incidatur inde lictum.

¶ Ita ſemper præſumpta ſuſpitio accipienda erit, vt ſi in vtranque ſpeciem fieri poſsit interpretatio, nihil poſsit peccari. Bald. in l. j. C. de ſer, fugit. Quo loco de eo conſilio tractat quod & ad bonum & ad malū habere ſe poteſt. Cyn. in. l. Qui ſtipendia. C. de procura. Specul. titu. de teſte. §. j. verſ. Item opponitur quòd eſt criminoſus. Quo loco ſcribit in dextram potius,

Bene potius quàm malè eſſe preſum.

quàm in læuam eſſe præſumendum. per tex. in cap. fi. de præſump. & in cap. 2. de ver. ſig. Quādocunque etenim & dolus & culpa ſuſpicari poteſt interpretabimur de culpa potius quàm

de dolo. Bald. in l. Properandum. §. Et ſi quid. oppoſ. 3. C. de iudi. Bal. in l. Obſeruare. §. Proficiſci. ff. de offi. proconſ. Vide latiſsimè Panor. in cap. Dudum. le. 2. de elect. confirmãtem Bar. ſententiam in. l. non ſolum. §. Sed & probari. de no. ope. nuntia. Videto præterea eundem Panor. in cap. Auditis. de præſump. Bal. & Angel. in. l. 2. ff. de duobus reis.

Aphoriſ. 209.

¶ Iudicem quencunque rectè egiſſe præſumpta ſemper erit ſuſpitio. l. 2. C. de offi. ciuilib. iud. Ob quam rem, neque metum intuliſſe, neque iniuriam cenſebitur. Bal. in. l. Si quis in hoc genus. C. de epiſ & cleri. alleg. Archid. in cap. Si ſacerdotis. 15. cauſ. quæſt. 6. idem, Bal. in l. j. verſ Tertiò opponitur. C. de litiſconteſt. quo loco ſingulariter limitat. Vide eundem. Bald. diffusè in. l. j. C. Qui accuſ. non poſſ. vbi tradit iudicem ſemper cenſeri bono zelo iuſtitiæ ſacris operam dare, & procedere: omniáque bona ratione, ac iuſta de cauſſa agere. Bald. in l. Officio. ff. vbi pupil. edu. deb. in. d. l. Obſeruare. §. Proficiſci: de offi. proc. & leg. Itaque dicendum erit arbitratorem iuſtum ęquuúmque tuliſſe arbitrium: ſic, vt qui iniquum profiteatur, onus hoc ipſum probandi obeat. Dyn. Conſ. 13. incip. Ptolemæus: quem profert Bald. in. l. Si de meis. §. Recepiſſe de arbit. Ioan. And. in addit. Specul. titu. de arbit. §. Sequitur. addit.

Pro iudice aliquid faciente præſumitur.

Pro arbitratore, quòd iuſtum & bonum ſit ſuũ laudum.

de procu.quo loco eius rei rationem adducit, quòd ſcilicet eligendo quis alienare cenſetur Idem etiam ſen tit Barto.in l.inter ſtipulantem .§.j. de verb.obli. Cui videtur conuenire quod not.Barto. in l. Si ſtipulatus. ad princip. dum allegat.l. is qui de fideicom.liber. *Eligere eſt alienare.*

Aphoriſ. 211.

¶Si cui ſimpliciter & abſolutè cognitorium munus fuerit demandatum, id quidem intelligitur non ad lites præſentes tantũ, ſed & ad futuras.argu.l.vlti.C.Quæ res pig.oblig.poſſ. & l.Si ſeruitus.de ſer.vrb. præd.Ita Spec. titu. de procuratore .§. Ratione autem formæ. verſ. Sed quid ſi procuratorium.Gloſſ. Bar.& Ang. in l.Omnium.ff.de procurato.Angel.in l.Item ad litem.eo titu.Gloſſ.Barto.Ange. & Moder. in.l. damni .§. Si is qui vicinas. de dam. infec. Tamen do.de rot.diuerſum ſentiunt, videlicet non trahi ad futuras lites nec actiones: deciſ. 563.in antiq.incip.Vtrùm procuratorium generale.in titu.de procura.ſecundùm dyni ſententiam in l.Quibus.§.fi.de tutel. *Procurator ſimpliciter datus qualiter accipiatur.* *Nota hanc deciſ. p quã facit tex. in argu.in cap. fi. de reſcrip.*

Aphoriſ. 212.

¶Vbi igitur procurator ſuſceperit cognitoriam prouinciam exequendíque mandati munus obierit, tenetur mandãtis domini litem curare & illi in iuditio adeſſe,

Tenetur procura. dominum defendere ex eo ꝙ acceptauit mandatum & onus.

niſi legitimam excuſationis cauſſam prætexere contendat,qua id prꝭſtare non potuiſſe ſit cō-pertiſsimum.Clem.j.cum gloſſ. in verb. Cogi. de procurato.Vnde fit vt quanuis appellationē proſequi minimè teneatur,ſecundùm gloſſ. & docto.in.l.Inuitus.de procura.C.& in cap.Nō iniuſtè eo titu.nihilominus ſi mandato cautum ſit appellationem debere proſequi.& prouoca re,ſi neceſſe ſit,non tenetur cognitor prouoca re tantùm,verùm etiam & prouocationem ipſam proſequi.Sic do.de Rot.per tex.in d. Cle. j.de procura.deciſ.147.incip. Etiam ſi procurator ſit conſtitutus ad agendum.

Aphoriſ. 213.

Mandatum quando non expirat morte mandãtis

¶Si domin⁹ mãdato cauerit ſe exempturú cognitorem ſuum ab onere ſatisdationis de rato, iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo, ſuſceptum quidem huiuſcemodi mandatum non expirat morte mandãtis.Tex.ſecundùm vnum ſenſum quem ſequitur ac declarat Ange.in.l.Si defunctus de procurato.Idem ange.in l.Si ſeruus. ff. de his qui not.infa.

Probatio.

Aphoriſ. 214.

¶Probationes, etiam per inſtrumenta,non pa-

riunt actionem, nec fidem literis auctoritatém que publicarum tabularum adferunt, vt ex illis literis liceat lege agere & pignerari: niſi iudicialis quoq; cōfeſsio ſeu iudiciale iuſiurandū interceſserit. Ita ſentit Bald. notabil. in l. j. C. de execu. rei iudi. alleg. gloſſ. ſingul. in l. Sed & ſi poſſeſſori. §. fi. de iureiur. Adde tamē alios effectus habere ſicuti ſcribit. Barto. in l. de ætate de minorib. Gloſſ. in. l. Solam. C. de teſtib. Bar. in l. Stipulatio. §. habet. de no. ope. nuntia.

Probationes etiam per inſtrumēta nō producunt actionem nec executionem paratam.

Aphoriſ. 215.

¶ Ex literis publicarum tabularum fidem auctoritatémque obtinentibus comperta & plena oritur probatio. Et quando ſtatutum plenā liquidámque exigit probationem, ſatis erit probatio per tabulas auctoritatis plenas. Panorm. per tex. ibi. in cap. Cum contingat. de reſcript. Gloſſ. notab. in cap. 2. de ver. ſig. lib. vi. Archid. in cap. Eorū. xi. cauſ. quæſt. III. Tex. not. in. l. 3. C. Si minor. ma. ſe dix. Tex. in cap. Abbate ſanè. in verſ. pręmiſſa ibi. in tex. ſicut clarè patebat ex inſtrumento de re iudi. lib. vi. Ange. in. leg. Intereſt. & in l. Si pecuniæ. de ſolutio. ff. An autem poſsit delictum per inſtrumentum probari, vide. Oldra. Conſ. xcvij. Quo loco reſpondet poſſe probari, ſi delictum, vt factum accipias. Diſſentit tamen. Ioan. And in cap. Semel mal'. de reg. iur. in vi. Niſi (inquit) pactorū perſcriptores ſeu Notarij à delinquētib' po-

Ex inſtrumento pub. & authentico reſultat euidens probatio.

Delictum an probari poſsit per inſtrumentum.

ſtularentur vt admiſsi delicti rationes referant in tabulas, ſeu cõtrahendo, vel paciſcendo. Hæ enim criminis periſtaſes & circunſtantiæ inſtrumento eiuſmodi probari poſſunt. In eam deſcendit ſententiam Barto. in l. Senat⁹ ad principp. ff. ad Turpilia. Bal. in l. Sciant. C. de probat & ibidem Iacob. de aren. & Cy. & Butrig. in l. Contra negantem. C. ad leg. aquil.

Sententiam & probationem in iure facere rem notoriam qualiter intelligatur.

¶ Non tantùm igitur ſententia, ſed & probatio in iudicio facta, rem efficit notam ac compertiſsimam. Tex. in cap. Cum olim. extr. de priuileg. Quod quidẽ do. de rota. quos ibidẽ. Panor. refert, intelligendum cenſent poſt inſtructæ litis coronidem, & quæſtionem (vt dicunt) in cauſſa. Quandoquidem ante queſtionẽ in cauſſa. refelli poteſt, Sed intelligit. Panormita. quòd ea probatio perinde atque confeſsio rem teſtimonio locuplete compertiſsimam reddat; quanuis & refelli & reuocari poſsit. Alleg. gloſſ. ĩ cap. j. de offi. deleg. lib. vi. rẽ Quid quòd compertam, & dilucidam minimè reddet, ſi quicquam proferas quod confeſsionem obſcuram efficiat, & illi obſtruat luminibus? vt Panor. in cap. Ex parte. le prem. de verb. ſig. & cap. Dilecti de accuſa. Dicitur nanque probatio patens, & manifeſtè comperta res quæ per tabulas publica fide auctoritatéque prȩditas perficitur. cap. Cum olim. & Panor. ponderat & diſcutit de cenſib. Addens ipſe. Panorm. hoc dici Notorium quod inſtrumento authentico

Probatio euidens quæ.

Notorium quid ſit.

conſtat. Quæ notabis:ad multa enim faciunt ſecundùm Butr.

Aphoriſ. 216.

¶Admiſſa à Iudice probatio, non reclamante aduerſario nec contradicente, valebit & obtinebit locum. Quòd ſi probationis fidem refutare & inceſſere voluerit aduerſarius, aliter dicendum erit Bald. in l. Certi condictio. §. Quoniam. ſi cert. pet. Immò verò inducetur ſententia quæ ſecundùm probationem quæ refutatione aduerſarij caruerit, lata eſt, ſi ex ipſa probatione compertum ſit, ſententiam iniuriâ eſſe latam. Parnorm. in cap. Cum contingat. de offi. delega. & in cap. Nouit de iudic. Quo loco in hanc rem citat. Innocen. in cap. Quia plerique. de immu. eccleſ. & in cap. Fraternitatis. de frigid. & malefi. Quo etiam loco ſentit aduerſarij confeſsionem ſuper iniuſtitia, & notorietate iniuſtitiæ (vt loquuntur) eadem ratione debere retractari qua ſententia. Hæc propemodùm ſunt Innocentij verba in d. cap. Fraternitatis, quæ recitat hiſque aſſentitur do. Anto. in cap. Is qui fidem. de ſponſal. Immo. in l. Inter ſtipulantem. §. fi. de verb. oblig. Ludo. Roma. Conſ. 115. Quo loco multis exemplis contendit admiſsas probationes, non reclamante aduerſario, valere, omnémq; & iuris & de iure præſumptionẽ quæ ex ſententia ſecundũ has ipſas probationes lata

Si ex probatione conſtat de iniuſtitia facta retractari debet ſenten.

enaſcatur, inducere. Eiuſdem eſt mentis ipſe immola.in cap. Cũ dilecta de præſcrip. in cap. Cum Bertoldus de re iudi. & in d.cap. fraternitatis. Litigatores igitur oportet bene cautos eſſe in refellẽdo cõtradicendóque aduerſario. Innocen.in d.cap.Cum dilecta.& in d.cap.Cũ Bertholdus. Multa item profert in hanc rem exempla panor.in d.cap. Cum contingat vide Cepol.diffuſè in Cautel.316.& ſequen.

In contradicendo debet pars bene ſibi cauere.

Aphoriſ. 217.

¶Hoc diligenter ſanè & acuratè animaduertendum erit, quòd quandocunque vnius cauſſæ finalis loco, plura requiruntur, omnia ſunt probanda connexè. Quod tamen neceſſarium minimè fuerit ſi plures cauſſæ finales oborirẽtur & reſultarent. Ita Bal. in.l.j. C.de condi. indeb.alleg.not.in cap.vt circa de elect.lib. vj. in verb.probare. Et queadmodũ quatuor vocum concentu harmonia muſices perficitur, ſic multę probationum ſpecies legitimæ, vnà perfectam integrámque probationẽ efficiũt. cap.Cum cauſſa.& ibidem Bal.de probatio.

Aphoriſ. 218.

¶Operæprecium fuerit probationem vel ex neceſſarijs concludere, vel ex probabilibus: nõ autem κατὰ δύνατον ſeu ex poſsibilibus, vt idonea cenſeatur, Bal. in l.ad probationem ſerui-

Probatio qualiter debeat concludere, vt valeat.

tutis.& in.l.Si de poſſeſsione. C.de probat.alleg.gloſſ.fi.in.l.Matrẽ eo titu. Nimirum quòd ex meris particularib' nihil ſequatur cõcludenter. Barto.ĩ.l.Labeo.de pact. Debet igitur ꝓbatio (ſicuti dixim')ex neceſſarijs & probabilib', non ex veriſimilibus & poſſibilibus, concludere. Idẽ Bal.in.l.2.C.de ſenten.quæ ſine cert. quant. Conuenit etiam cap. In præſentia. de probat.Panor.in cap.Auditis.de in integ. reſti. & in cap.Auditis de præſcript.

Aphoriſ. 219.

¶Supremorum mandatorum tabulæ integræ proferendæ ſunt:quãuis teneatur quis tantùm exemplum deſcriptum & recognitum aduerſario facere earum tabularum portiunculæ quæ ad rem controuerſam pertineat. Tex. in cap. Contingit & ibidem innocen.do.Anto.immola,& Panor.de fide inſtru.cap. Cum primo de priuileg.lib.vj. Barto.& Moder. in Rub.de no. ope.nuntia.Barto.in l.Argentarius.§.Edi. ff. de eden.Bal.per tex.Ibi in l.inciuile de legib.

Vt teſtamẽti inſtrumẽtum, vel alterius diſpõnis probet, oportet quòd in totũ producatur quãuis facienda ſit parti copia tantùm de particula continente diſpõnen.

Aphoriſ. 220.

¶Initiati verticis infulas prophano iudici probari ius fáſque nõ eſſe,do.de Rota contendunt in ſuis deciſ.& ſcribitur in cap. Si iudex laicus, & ibidem pulchrè Ioan.And.in Nouel.de ſenten.excom.lib.vj.Diſſentit nihilominus,Bal.in

Probatio clericatus non debet fieri coram laico iudice.

Contraria opinio Baldi. l. Si qua per calumniam, verſ. Sed quid. C. de epiſco. & cler. Quo loco ſcribit tabulas ſacroſancti capitis, corē prophano iudice editas, docere iudicem ipſum dirarum proſcriptionum vinculis clericum poſſe retinere: quanuis parte minimè citata litigatorum alter eas protulerit & ediderit. Quod verum eſſe arbitror, quando vulgò compertum fuerit, eum qui ius initiati verticis *Solutio dubij.* vſurpat, prophani hominis habitu magis quàm infularum decoro incedere. Gemini in. cap. j. de cleric. cōiuga. lib. vj. Quem diligēter excute.

Aphoriſ. 122.

Probationes impertinentes quæ dicantur. ¶ Minimè opportunæ ꝓbationes, & (vt loquūtur) īpertinētes, ſeu in thematib⁹, ſeu in articuloſa facti cōmemoratione, admittēdæ nō ſunt à iudice, Dicuntur autem impertinentes probationes, quando neque ex ſe, neque aliarum auxilio, indicium & adminiculum non faciunt. l. Ad probationem, la prem. & ibidem Bal. pulchrè & docto. C. de proba. in l. Non nudis. eo titu. Barto. in l. Si duo patronij. §. Idem Iulianus & ibidem docto. de iureiur. Ange. in l. Iam dubitari, per illū tex. cum gloſſ. in verb. Nō ab re. de hæred. inſtitu. Bal. in l. Teſtium. C. de teſtib. in d. l. Non nudis C. de proba. in l, Peremptorias. C. ſenten. reſcin. non poſ.

Solennitas.

Aphoriſ. 222.

¶Iuſta ſolennia, iuſtáue iudicialia (ſic autem ſolennitatem Budæus appellat) minimé In actis iudicialibus, & actis cõuentis controuerſię interceſsiſſe ſupicio præſumpta eſt, quòd litigantium partium conſenſus abſit: cum iudiciũ reddatur in innitium. At verò in contractibus, & id genus reliquis actibus qui vtriuſque partis conſenſu & voluntate iniri ſolent, iuſta ſolennia pręſumuntur. Bal. in cap. j. extra de litiſconteſt, & in l. 3. ad finem princip. de iureiuran.

Solennitas non præſumitur in actibus contentioſis & iudicialibus quia abeſt conſenſus, ſecus in voluntariis & cõtractibus.

Aphoriſ. 223.

¶Quemadmodum in conficiendis actibus iuſta ſolennia neceſſariò requiruntur, ſic & in ipſis actibus reficiendis. l. Si vt proponis. C. Quomodo & quan. iud. Bal. in cap. Cum conſuetudinis de conſuetud. idem Bal. in l. Omniũ. C. de teſtã. Quo loco ſcribit eã debere intercedere ſolennitatem in deſtructione, quã in conſtructione eſſe decet. per tex. in d. l. Si vt proponit. 2. Cui optimè conuenit Authen. E contra ſi filij. C. de repud. & in Authen. de defenſo. in. §. Non habẽte, Ange. Conſ. 230. incip. ars, &c.

Solennitas quæ requiritur in actu conficiendo, requiritur in reficiendo

Aphoriſ. 207.

¶ Solemnia iuſta extrinſecus, ex lapſu longi tẽporis præſumuntur. Ang. & Immola. in l. Sciẽdum. de verbo. oblig. Bal. Ange. Immol. & Moder. in l. Qui aliena. §. j. de act. hæred. quo. loco adferuntur permulta exempla, & variæ facti ſpecies. l. Si filius. & ibidẽ Bal. & docto. C. de peti. hęred. Cy. & Bal. in l. Emancipationem de fide inſtru. in l. Si certis annis. C. de pact. in l. Poſt mortem. in fi. prin. ff. de adopt. in Authẽ. Quas actiones: de ſacroſ. eccleſ. in l. Siue poſsi detis. de probatio. C. cap. j. §. Si quis per. xxx. Si de feu. fue. contro. Innocẽ. in cap. Illud. de prę-ſumpt. & in cap. Veniens de verbo. ſig. Bal. in l. Executorem. C. de execu. rei iud. hoc autem verum erit, niſi opponatur ſecundùm do. Anto. in cap. Cum dilectus. extra. de conſue.

Solemnitas extrinſeca ex tranſcurſu temporis præſu.

¶ Hanc præterea ſententiam ita circumſcribes, vt de tertij non agatur iactura iuris. Quo caſu. xxx. annorum tempus quæritur. gloſſ. Panor. & Immol. in cap. Peruenit extr. de empt. & vend. do. Anto. in cap. Illud. de pręſumpt.

Limitatio. huius Apho. Si non agatur de præiudicio tertij.

¶ Secundò, vbi cum longi temporis excurſu, accedit aliqua alia præſumpta ſuſpitio. Panor. in cap. Albericus. extr. de teſtib. Ange. in l. Quenquam. §. fi. ff. de publi. dum ſcribit non videri capitulum prælato aſſentiri, niſi quoque compertum habuerit, id negotij à prælato agitari, neque contradixerit ipſi prælato. Ad con-

Limita. 2.

firmandē quidē eam ſententiam comprobandámq;, videlicet quòd extrinſeca præſumatur ſolemnitas, proferendus erit Ioan. And. in Nouel. in cap. In præſentia. de renuntia. Bald. in cap. Pro quo tempore miles: vbi citat hoſtiē. & in cap. j. de milite vaſſa. qui contū. eſt. Quo loco cenſent in actis antiquiſsimis memoriámque hominum excedentibus, præſumi latam eſſe ſententiam iuſtis iudicialibus. Et cum Innocen. & reliquis docto. conuenit Barto. in *l.* Actor. ff. rem ratam hab. Quanuis Panor diſſentiat. in d. cap. Ea noſcitur.

¶ Tertiò, limitabis hoc ipſum axioma, Niſi inſtrumenta, actáque iudicialia, dum eduntur ac apud actuarium deponuntur, iuſtis ſolemnijs carere depræhendantur. Negatiua enim ex ſcriptarum tabularum inſpectione probari ſolet. Ita ſentit Paul. Caſt. Cōſ. 48. incip. Cauſſa quę vertitur. Videto diligenter. Alex. Conſ. 79.

Limita. 3.

Niſi ex productione inſtrumēti appareat defectus ſolem.

Negatiua qualiter probatur.

Aphoriſ. 225.

¶ Iuris præſumptione cenſentur omnino iuſta iudicialia interceſsiſſe in lata ſentētia, poſt longiſſ. temporis excurſum. Quandocunque enim aliquid tranſijt in rem iudicatam, præſumpta eſt ſuſpitiò omnia ritè eſſe celebrata. Specul. titu. de ſen prola. §. Vt autem. Verſ. Verò. Hoſtien. in cap. Cum inter. de re iud. Innocen, in cap. Bonæ. de elect. Butr. in cap. Quo-

In ſententia & re iudica

ta præſumũ tur omnia ſolẽniter acta. niam contra, de probat. Ro. in l. Sciendum de verb. oblig. per tex. in d. cap. Cũ inter. Quæ quidem fuit opinio Bartoli & Ange. in d. l. Sciẽdum. Et qui contra aſſerat, ei probandi onus incumbit. Imò verò à biennio, pro ſententia & iudicialibus actibus qui in rem iudicatam trãſierint, præſumendum fuerit, quòd ſcilicet in eis ſolennitas omnis obſeruata ſit. Ioan. And. in Nouel. d. cap. In præſentia de Renuntia. Quíque negat, ſeu excipit, quòd forma minimè obſeruata ſit, teſtimonij ſubit onus. Quando enim aliquid actum eſſe conſtat, coniectàre licet formam ac ſolennitatem non defuiſſe. Notatu dignum eſt dictum Innocen. in cap. Super his. de accuſa. poſt gloſſ. ibidem. Innocen. & hoſtien. in gloſſ. fi. in cap. 1. de teſtib. cog.

Notandum dictum.

Sententia.

Aphoriſ. 226.

Sententiæ verba ſtrictè & prout iacent intelligenda.

¶ Sententię verba ſtrictè intelligenda ſunt, ac ſecundùm ſcriptum, vel pronuntiatum. l. j. & ibidem docto. C. Si plur. vna ſen. fue. cond. l. diui fratres. de libe. cauſ. l. Si inter me & te, de except. rei iudi. Barto. in l. Si expreſſum, in fi. ff. de appella. & ibidem Raphael Cum Immol. & Areti. Bal. ĩ. l. j. C. Quãdo ꝓuo. nõ eſt neceſ. Strictè igitur ſunt accipienda ſententiæ verba: nec

comprehendunt, quæ aliâs ex lata verbi ſignificatione concipi ſolent, ſed ex proprio vſu: ſic vt neque ad κατάχρησιν, nec ad imaginandi ſenſum, aut ad fictionem trahi poſsint. Non enim in ſententiis locus eſt fictioni tranſlatitię de re ad rem, & de perſona ad perſonam. l. j. iuncta gloſſ. C. Si aduerſ. rem iud. Ita Ange. eleganter Conſ. 235. Atque huic conuenit Tex & ibi no. Panor. in cap. Dilectus, extr. de offi. ordi. Barto. in d. l. j. C. Quando prouo. non eſt neceſ. Paul. Caſtren. Conſ. 47. incip. Viſis omnibus 2. col. & conſil. 94. incip. Viſo iſto puncto. Nam & ſcriptorum verborum interpretatio non debet excurrere, neque vim propriam verborum immutare, Tex. in l. fideiuſſores magiſtratuũ. §. Pro Aurelio, de fideiuſſorib. Quem tex. ad hoc commendat cap. Rodulphus. extr. de reſcrip.

Sẽtentiæ interpretatio nõ admittit fictionem.

Verba ſcripturæ nõ debent ſuos limites excedere.

Aphoriſ. 227.

¶ Veruntamen licet aliquando à propria verborum ſententię ſignificatione recedere, & ea ex improprio accipere, vt & defendi, & exequi poſſint, Ange. in d. Conſ. 235. alleg. l. fi. C. de vſur. rei iud. gloſſ. eſt nota. in l. vt puto. ff. famil. herciſ. Siquidem verba ſententiæ abſolutè pronuntiata, interpretationem à iure communi recipiunt. l. Milites. §. decem. de re iudi. Atq; etiã

Sẽtentiæ verba ĩpropriãtur vt ſortiãtur effectum & ſuſtineantur.

ſecundùm legis præſcriptum interpretantur, & ſi in ſententia nulla fiat legis mentio. Tex.eſt, quem dicit Bal.ſingul.ad hoc,in cap. Ex literis extr. de reſcrip. facit ad hanc rem cap. Cauſſam eo titu.& d.gloſſ.in.l.Et puto,quam dicit ibidẽ Bal.eſſe ſingul. & in.l.Legitimo s, de legit.tut. Quo loco ait, ſi apta ſimul & inepta verba inſerantur,apta potius debere attendi: maximè quã do verbum eſt commune, & poteſt ad improprium pertrahi. Idem Bal.in.l. Cum virum.C. de fidei commiſſ. Sententia nanque tranſlatitiã interpretationem admittit,ne fruſtrà operari videatur.d.l.fi.& d.l.Si ſtipulatus fuero per te de verbo.oblig.Scribit enim Bal.poſt Bartolum in l.j.C.de nego.geſt. verba ſecundũ ſubiectã materiam intelligi debere: quòd non ſemper propriis vti liceat.l.Si tibi.Si cert.pet.Sed & ea mẽs ſenſúſque iudicis ſententiam ferentis præſumitur quæ eſſe debeat.Bal.ĩ d.l.j.C.de nego. geſt. & menti hærere debemus potius, quàm inani verborũ cortici.not. Innocen.in cap. Petition. extr.de procura,

Sententia recipit extenſiuam interpretationẽ.

Verba ſecundùm ſubiectã materiã interpretanda.

Aporiſ. 228.

¶Quæ in rem iudicatã tranſiit ſententia,principali reſcripto induci nõ poteſt. Nam explicata per ſentẽtiam lite,non admittitur ſupplicator, nec reſcripto antiquatur ſentẽtia: niſi per clauſulã NON OBSTANTE.l.2.& ibidem Bal. C. Vt lite.pend.l.fi.& ibidem gloſſ.& Bal. C.Sen-

Sententia quæ tranſiit in rem iudi. nõ poteſt tolli p reſcrip.

ten.reſc.non poſ. Quid ſi aditus princeps, ſupplicatoris annuit poſtulationi, & pronis auribus ſupplicem libellum, quo emendari ſententiam poſtulatur, exaudiat, ac propterea iuriſdictionem mandat, dátque iudicem cui ſcribit in hæc verba, FAC IVSTICIAM, An poterit ſententia lata mutari? Bald. hoc annotauit in cap. Studuiſti. extr. de offi. deleg. Atque hanc facti ſpeciem aliquando obtigiſſe ſcribit. Videtur autem ſentire demandatam legitimè iuriſdictionem: iudicíque inducendæ ſententiæ poteſtatem eſſe. Conuenit gloſſ. not. in AVthen. de hæred. &. falcid. §. Ex hæreditatis in verb. iuſtè. quo loco hoc verbum, Iuſtè, ſignificat iuris ordinem & facti veritatem. Ex quo infert ibidem Ange. quòd ſi Papa mandat iuriſdictionem ſub hac forma, AVDIAS, ET IVSTITIAM FACIAS: videtur duo præſcripſiſſe: vt ſcilicet iuſta ſolennia, & facti veritas, obſeruentur. Cenſebitur itaque princeps mandaſſe ſentẽtiã retractari, quę aduerſus iuſta iudicialia lata, quęque iniuria & iniqua ſit. Nihilominus tamen magnopere me mouet è contrario deciſ. do. de rota in antiq. nume. 379. ſub rubri. de conſtitu. incip. Nota quòd ſi in commiſsione. Et in nouis deciſ. ſub. d. rub. incip. Item ſi petitur cõmitti. Quod diſcutias & expendas oportet.

Verbum, Iuſtè quid importat.

Cõtra. Bal ſententiam.

Aphoriſ. 229.

¶Expreſsio erroris in ſententia, vicium formæ indicat. Atque ex conſequenti, ſententiam

Expreſſus in ſententia

error quid inducit.

ipſo iure nullam reddit. Si verò error eſt tacitus,tunc includit, & continet vitium materiæ. quæquidem materia non efficit ſentẽtiam ipſo iure nullam.Ita.Bal.not.in l.Ex diuerſo.§. Si in iudicio.ff.Solúto matri.

Aphoriſ. 230.

Sententia ſuper incompetentia iuriſdictionis.

Quanuis lata ſententia ſuper iuriſdictione minimè iuſta nec legitima, reuocari non poſsit à demandato iudice,cap.Significantibus.extr. de offi.delega.tamẽ à ſuo partium iudice ſeu ordinario poterit retractari.Ita roma.Conſ.358.in fi. dicens facti ſpeciem eſſe in l.Si præſes quaſi deſertam.C.Quomodo & quand.iud. Et ibidem. Bal.limitat.Idem quoque ſentit Bald.in l. Si vt proponis la premier. eod. titu.

¶ Hactenus ſanè,Clariſsime Faï,noſtros iuriſprudentiæ Aphoriſmos perduximus. Neque verò ſine maximo labore & vigilijs id effecimus. Sed iucundi acti labores. His equidẽ poſteritati planum faciã teſtabórque non me tibi chariſsimũ fuiſſe tantùm, ſed & ætatem meam cum ſtudijs honeſtioris rei melioríſque doctrinæ coniunctam.fuiſſe.

APHORISMORVM IVRISPRVDENTIAE.

FINIS.

NICOLAVS LEHOVX. TVRONVS ANTHOnio Podiano doctori medico doctiſsimo apud Turones medicinam factitanti. S.P.D.

AMicitię colẽdę, ea ratio vel ĩprimis mihi ſemper probata eſt, eruditiſsime Podiane, quæ amicorum gloriæ & exiſtimationi ſtuderet impenſius, quàm opibus congerendis, aut aliis id genus rebus, ætatem non laturis, quo fit, vt pro virili de amicorum nomine ſanè quàm laborare nunquam deſtiterim: non ſolùm ne merita laudis cõmendatione fraudarentur, ſed ne vel leuiſsimo nęuo labeculáue conſpargerentur: eorũ procacitate, qui ſi alienam famam delibauerint, per magnum ad ſuam conſeruandam operæpręciũ feciſſe putant, & gloriantur. verum de hu-

iuſmodi cenſoribus dicere quod illos mordeat, vt non in procliui poſitum eſt, ita non æquè plauſibile, quàm eorum inſtitutum, qui ſe bonis ſtudiis prouehendis dedidere, apud omnes prædicare: atque eo quidem æquilibrio, vt de laudibus, quas merentur prolixiſsimas, nihil īgenij modulo et culpa deteratur, ne dum malignitate. Atqui eo mihi loco, eáque dignatione & exiſtimatione doctiſsimi quique haberi debere videntur meritiſsimò, vt eorum lucubrationes, (quacunque tandem in arte locata fuerit opera) obuiis, paſsiſque vlnis excipi debeant: niſi quorundam menteis ea maleuolentia faſcinaſſet, etiam doctiſsimorū (vulgò enim medium vnguem oſtētamus) vt alienis laboribus obſtrepere & inſultare, quàm applaudere, & bene ominari laudabilius arbitrentur. Iam verò morbus iſte hactenus quorundam peculiaris & germanus, latiùs & licentiùs ſerpſiſſet: niſi doctorum & bonorum authoritas, teme-

rariis iudiciis obuiã perrexiſſet. neq; deſunt tamẽ, quos doctiſsimis ſuo merito nõ ęxiſti mo latinũ accẽſeas, qui peruagatæ cuiuſdã opinionis cõtagione ĩbuti: vt ipſi malũt literarũ otio frui, & ſilentiũ agere, ita à quóquã quicquã cudi, vel edi, vix æquanimiter ferũt. Nõ quòd ipſi & limatiſsima, & abſolutiſsima texere, & perpolire non didicerint: ſed quòd hominum culpa fieri ferè ſolitum ſit, vt alienis lucernis & laboribus inuideamus: & eruditione non tam ab aliis relinqui, quàm induſtria & diligentia maceremur. Nam qui carpit & arrrodit aliena, ſua opinione aliis doctior, inuidere propriè dici uon poteſt, cùm inuidentia maxima quæque & optima conſectetur, & inceſſat. Porrò, ſiquid deſit quod alliij vellicent: inſtituta & & profeſsiones ſuggillant, & impetũt, vt ne videantur quidem laturi, ſi purè & eleganter cauſidicus eloquatur: ſi de philoſophia aut medicina vel hiſcere

audeat iureconſultus. Quod profectò cur tantopere mirentur non video: niſi fortè ſingulis profeſsionibus, artes ſingulas ita diſcluſas oppinentur, alius alia contubernium penitus deſpicetur. Quaquidem opinione, abſurda ſanè et iniqua fruantur per me licet: ſi modo, quod res habet, ſentire nos ſinant, circulum vtique & orbem diſciplinarum omnium liberalium, ita in ſeſe conuolui & retorqueri, vt nihil reperiri bonis artibus inter coniunctius, nihil firmius & indiuulſius maritatum queat. Qui autem vel ex profeſſo alicuius artis culturæ & exercitio auctorati ſunt, eam quidem eximiam & præcipuam capeſſere, & vrgere vt honeſtum & commodum eſt, ita quominus diſciplinas reliquas & attingant & pertractent, prohibet ſanè nihil: eo vtique amplius nomine ſuſpiciendi, quòd non tantum ad

*precipuum ſcopum & inſtitutum colli-
ment, atque collineant, ſed etiam, quòd
in aliena paleſtra & arena, ſumma cum
laude verſentur & expatientur: ſi ta-
tamen viris doctis, & diſciplinarum cir
culum emenſis, vlla ſit in re literaria, are-
na non ſua & propria. Sed ea de re fortè
egerim* οὐ δεῖται γὰρ ἰσχυρῶν λόγων, τὸ αὐτομά-
τως ἰσχῦον πρᾶγμα. *Iam verò in huius en-
cyclopediæ ludo, multis operibus editis,
multarúmque verſionum egregie nauata
opera, Ioannes Brechæus noſter, do-
ctiſsimè Podiane, literarum neceſsitu-
tudine tibi coniunctiſsimus, ſe ita do-
ctum, excultum, & ſubactum do-
cuit, vt nemini mirum videri debet, ſi
bonas artes monumentis illuſtret,: cum
id præſtare eorum ſit vel maximè, qui
eas ad vnguen didicerint & calleant.
Prolixiûs autem Brecheum commenda-
rem cū pro noſtra neceſsitdine fraternáque*

quadam amicitia, tum pro viri doctiſsimi merito: ſed ille (vt noſti) ſatis per ſe celebris eſt: neque me indiget præcone. Hoc tamen vnũ ſine præuaricatione ſilentio prætermittere non poſſum: eum nempe, apud Senatorij ordinis doctiſsimos quoſque & exiſtimatiſsimos haberi in delicijs, in oculiſque geſtari, eruditionis commendatione. Qui viri, cum ea ſint authoritate & prærogatiua, vt iubere poſsint: ea demum eruditione, vt quod illis ſemel probatum & laudatum fuerit, præiudicio quodã literatis omnibus, & probari mereatur, factũ eſt, vt quos BRECHAEVS *premebat nondũ vulgaturus, iuris ciuilis Aphoriſmos, primarijs illis viris authoribus, incudi permiſerit. De genio autẽ & merito huius operis nihil habeo quod dicam ex me?* ἀτεχνῶς γὰρ καὶ ξένως ἔχω τῆς ἐνθάδε λέξεως. *ſed tamen ſi doctorum, & iuris peritorum calculo ſtandum & manendum fuerit: candidatis & ſectatoribus huius diſciplinæ v-*

tile & frugiferum exijt opus: hoc etiã vendibilius, quòd ſit noſtrâs, & patria fœtura. Exteros doctrina claros, vt par eſt, omni tum admiratione tum laude proſequimur, ac tantùm non adoramus: noſtros autem nihilo parcius in literas officioſos faſtidimus. Id fieri facilè crediderim, quòd domeſtica, longè etiam optima pleriſque ſordeant palati fatui faſtidio plerumque, & deſipientia. Iam verò, eruditiſſime Podiane, pluribus apud te his de rebus quòd egerim, nihil ſanè laboraueris: ſi apud te optimarũ artium, vt ſtudioſiſſimum, ita & peritiſſimum, de earũ ratione & authoribus verba commutando, vix tandem mihi ſatisfacere potuerim, volui enim ceſſationẽ meam pleniore quadam epiſtola reponere: ne intermiſſum ſcribendi officium, te in eam opinionem pertraheret, vt putares longè plurima beneficia, tui Nicolai excidiſſe memoria: quę in illum non ſolùm mouendo, ſed re etiam, & ſtudiorum ſuppetijs contuliſti.

Cæterum de noſtro Ioanne Mileto te affatim ſalutante vicaria Iſta ſcriptione, eſt quòd impenſuis lætemur: qui ſeſe vix credendis lucubrationibus talem fingit, parat & inſtruit medicum, vt inter doctiſsimos philoſophos, & medicos (pace & bona earum venia dixerim) partes potiores ſit facile reportaturus dominus Ieſus te diutiſsimè incolumen & florentem, cum omnibus tuis medicinæ collegis, viris doctiſsimis Iſtic agentibus tueatur, & ſeruet. Vale Pariſijs ex Scholis mygnonicis, Calendis Aprilis. An. Domini.

M. D. L. I I.

DO. BARTHOLOMAEO FAYO Conſiliario in Senatu Franciæ, Viro Clariſs.& eruditiſs. IOANNES BRAECHAEVS TVRONVS.

NOctes atque dies cogito peruigil,
O præclare Faï,dulce decus meum,
Quo tandem referam nomine gratiam
Pro tantis meritis,pro officiis tuis
In me:te veneror,te colo maximè.
Verſa à me in latium græca Nicoſtrata
Ad te,it quò illa mei te moneat:tamen
Cum tu plus merito ſis mei amantior
Nec ſim dignus ea,ô magne,memoria,
Magne inquam meritis,nomine,litteris:
Ipſe autem exiguus nomine,litteris.
Paruum munus erit:ſed munere neutiquam
Certo:vincis enim:tantùm ago gratias..

Ad eundem.

Non poterā minimè tibi mittere munus auaro
Gratius hoc,nec enim eſt ad mea vota ſatis.
Exiguū eſt ſpecie:ſed ſi tu candida ſpectes
Pectora(quod ſpero)gratius accipies.

SAPIENTIS FOEMINAE THEANVS CONSOLATORIA *Epiſtola ad* Nicoſtratam *de Marito Quem Zelotypia proſequitur. E graco in Latinũ Per. Ioan. Brechæum* Turon.

Theano Nicoſtratæ Salutem.

INtellexi viri tui inſaniam, quòd ſcilicet amaſiam habet: illius verò tu Zelotypia capta es. Cognoui ſanè non paucos eo morbo laboranteis: quippe q̃ id genus mulierculis irretiti, ac, vt videre licet, occupati, mẽte omnino careant. Tu verò è contrario exanimaris: noctéſque atque dies mærorihus exigis: ac neſcio quid in eũ moliris. Meliora, quæſo, ô Nicoſtrata. Vxo

ris etenim virtus, mariti non eſt obſeruatio: ſed opportuna atque apta quædam ſimulatio. Quod equidem fiet, ſi id ipſum ignorare ſe diſsimulauerit. Quod reliquum eſt, voluptatis ergô, ſui tantùm facit copiam amaſia: vxor autem vtilitatis gratiâ. Atqui vtile eſt mala non permiſcere malis: nec amentiã amẽtia vocare. Adde etiã quædã delicta eſſe, quæ irritantur acriùs, ſi criminẽtur arguantúrque: ea tamen ſilentio diſsimulata, deſinunt ac ceſſant potius: non ſecus atque ignis, qui non excitatus extinguitur. Quòd ſi illum deprehendas, qui ignorare te vehementer deſiderat, iam tu latebram, quia vitium deliteſcebat, aperies: tũ deinde palàm peccabit. Nunquid autẽ exiſtimas Viri tui amicitiam non in probitate eſſe?. Id verò eſt ipſa ſocietatis gratia. Tu itaque perſuaſum habeas quandoque futurum, vt maritus ille tuus, illa tandem abſtineat, tibique adſit, vnà tecum vitam traducturus, & legitimo te amore proſecuturus illam verò odio. Eius

nanque velox & præceps eſt occaſio, vt po te quæ interim faſtidium ſatietatémque ſecum habeat. Citò quidem adeſt, abeſt perinde. Viro nanque minimè, malo breuiſsima erit ad pellicem occaſio. Quid enim quæſo, magis inſanum eſt illa cupidine, quæ rei nephariæ illicitǽque incumbit? Qua ratione perſentiet aliquando ſe & rem ſuam exigere, & honeſtum prodere. Neminē enim videas, quem ſanæ mentis crediderís, qui ſponte proprijs ſtudeat incommodis. Quo fiet, vt tuorum erga ſe meritorum pietate permotus, reique familiaris ac domeſticæ detrimentum vbi perpenderit, ſeipſum tandē erga te reſtituat, & reſipiſcat. Ac tum demum ſuas ipſius in te contumelias quibus grauiter criminandum ſe iudicabit, egreferens, ſtatim ille in pœnitentiam adducetur. Tu verò, ô Nicoſtrata, dum à meretricibus alienam te præbes, cura vt modeſtia apud virum, ſtudio erga rem familiarem, beneuolentia, in neceſſarios, pietate erga liberos

excellas. Quapropter ô Nicoſtrata, zelotypia aduerſus illũ nulla ratione cõtẽdes. Illas enĩ in quibus virtus ĩeſt, lõgè pulchrius fuerit emulari: in reuocanda autem viri tui gratia, imprimis oportunam te præſtes oportet. Nam morum quoque integritas, aduerſarium quemuis in beneuolentiam adducit: ſoliúſque probitatis meritum eſt honos. His demum rebus vxor tum mariti poteſtatem nanciſcetur, eúmque veluti in manu nullo negotio habebit, tũ verò plus honoris cõſequi poterit, quàm ſi ſuccenſum illa ſibi colat. Tua igitur victus patientia, idémque non mediocri verecundia ſuffuſus, gratiam tuam confeſtim inire, amicitiámque reconciliare percupiet: tecúmque beneuolentia maiore, & ſtudio contendet. Nam erga te quàm iniquè antea ſe geſſerit ſibi cõſcius, tum verò apud ſe cogitans quanta vitæ conſtãtia interim egeris, facto tandem eius rei periculo, quanto amore illum complecteris, planè intelliget. Et quemadmodum

ab aduerſa valetudine dignoſcimus iucundam graſſantis morbi liberationem, ſic & amantium iræ, familiarem quandam amoris reconciliationem propiùs admittunt. Tu itaque aduerſus illam paſsionem affectúmque conſilio vtere. Etenim ſi aliquando malè habere contingat, ille quoq;, animo vt doleas, inuitabit. Præterea, ſi in his quę ad ornatus dignitatem pertinent, oberret, tu etiam idem in muliebri ornamento pecces. Quod ſi rei familiari aliquod detrimētum adferat, idem quoque facias oportet. Sic ad ipſius mores, tuos quoque ſi compoſueris, dum illum caſtigas et cohibes, ipſam te caſtigare etiam videbere. Quòd ſi ab illo relicto diſceſſeris, ſcias oportet de altero te viro periculū eſſe facturam. Qui ſi in eodem verſetur malo, alium rurſus experieris. Atqui iuuenculæ thori expertes, niſi ægrè, eſſe non poſſunt, neque ſatis gratus eſt illis cælibatus. Tu ſola alioqui, viri exors, perindéque vt innupta permanebis. At ve

ro, ſi rei familiaris fueris negligentior, tu ei virum perdes, & vitæ tuæ doloris mæſtitiæq́ue plenæ, communem moleſtiam adferets. A de pellice vindictam ſumis, illa dum ſe bene cautã tubitur, ipſam te decipiet. Egregiã verò laudẽ, referas cum viro quotidie iurgiis agere & rixari. Quid plura? Vt rixis & conuitijs cohiberi nequit petulantia, ſic diſcordiâ ſupramodum creſcit irritaturq́ue. Quid deinceps? A'nne fraudis aliquid illi moliri cogitas? Caue ô Nicoſtrata. Tragœdia etenim drãmatum inſtructa artificio, vbi iura omnia diuina humanáque Medæa violat, vicendam eſſe zelotypiã edocuit. Quin potiùs, vt oculorũ morbum manibus quidem tractari non licet, ita ab eo Zelotypiæ affectu, vltionem longè ſemoueas oportet.

Hunc nanq; morbũ cõmodius extinxeris, dum perferes.

X

Ad eundem.

D. BARTHOLOMAEVM Faïum Lugdunenſem Conſiliarium Regium in Curia Pariſienſi, I. BRECHAEVS TVRONVS.

Scripſim' hinc ad te dudũ, ô Clariſsime cõſul
 Redditáque à nobis littera noſtra tibi eſt.
Illa inculta tamen, rudis, atque indigna perito:
 Sed quæ de ingenuo pectore tota manat,
Qua ratione tuæ frontis nec ſpero repulſam,
 Qui te humano animo protinus eſſe ſciam.
At quid ego tenuis fortunæ homo, nullius atq;,
 Nominis, adgredior numina tanta viri?
Ac ſtudia vſq; auſus tua cõpellare: quid vltra?
 Non animũ potui iam cohibere meum.
Vnde precor ſupplex audaci ignoſcere culpæ:
 Et veniæ & precibus, quæſo, relinque locum.
Conſilio id monitus feci communis Amici.
 Pectora quódque geras candidiora niue:
Ille ego ſum toties tibi quem Geneueſius iſtic
 Commendauit homo charus vtrique quidem.
Quare age, fac multi hęc ſit cõmẽdatio apud te
 Ponderis: adflictis fer mihi rebus opem.
Quippe angor curis, mentémq; negotia vertunt
 Occurſántque animo ſomnia multa meo.
Non bene conueniunt cũ Muſis, iurgia, líſque:
 Gaudet enim ſancta pace Minerua frui.
Hæc vitæ ſors eſt vt iura forenſia tractem,
 Plurima coniugij ſunt obeunda mihi.

Sed diſciplinis melioribus ocia fallo:
Non etenim lucri tanta cupido mihi eſt.
At fortunarum obſiſtit iactura mearum.
Nec ſtudij ingenui eſt libera ſola dies.
Carmina dum ſcribo, ſubit aduerſarius: Vnde
Mota mihi viſa eſt mens ratióque loco.
Clare Faſ, cui grata Deæ ſunt munera doctæ:
His, rogo (quando potes) tu medeare malis.
Iure ago, ſed iuſti Viola eſt, & iuris amator:
Quid trepido? mea lis te duce tuta mihi eſt.
Reſtat vt orem te, iuris legúmque Sacerdos,
Inuitis ne oculis hæc mea ſcripta legas.
Auſpitiíſque tuis ductúque hac eximar omni
Mœſtitia, & gratum feceris inde. vale.

Deploratio obitus FRACISCI Gallorum Regis huius nominis Primi.

FRanciſcus moritur fatali occluſus in vrna
Hoc regnum linquens, regna beata petit.
Ille pater patriæ, legum & virtutis amator,
Et terrarum orbis gloria prima fuit.
Quid narro? miſerum! totus prorumpor in iras:
Nondum finierat luſtra ſub axe decem.
Doctrina hic magnus, maior virtutibus, atque
Maximus ingenio: maximus arte fuit.
In ſuperos ſupplex, quo nuſquã ſanctior alter
Pompilio maior relligione Numa.
Ille voluntatem multa ratione domabat,
Tantus amor decoris iuſtitiæque fuit.
Nouerat edoctus perpulchrè ab Apolline ſeipſum.

Cunctáque matura conficienda mora.
Ille laborum auidus vexatæ ſæpe negabat
Naturæ requiem, debita iura, ſuæ.
O dea crudelis (quid enim crudelius?) atquid
Tanti hominis rigido pollice penſa putas?
Heu quid ago! mea verba rapit ſingultus ab ore,
Obruit & querulas fletibus vnda genas.
Ac mea fatali ſoluuntur pectora planctu,
Triſtiáque abiectis imbribus ora madent,
Non ſecus ac feruet fera flamma typhoïdos
Aethnæ.
Aeſtuat in cerebro plurima cura meo.
Nil faciunt planctus, nec iacturæ reuocandæ,
Funeſta immiti pectora tonſa manu.
Vita vtenda data eſt nobis incerta diéſque:
Viuimus incerti: tum breuis aura fugit.
Quæ tranquilla viris mortalibꝰ hora ſuperſtat?
Quæ fuit æthereo tuta ſub axe dies?
Currite mortales, præcurrunt luſtra dierum:
Aetas exiguo tempore verſa, volat.
He heu quàm breuis eſt hominũ verſatilis ętas!
Sola equidem Virtus non metuit ſenium.
Ergo huius virtus morietur, & vltima tanti
Sæcula non capient nomen, & aſtra viri?
Quare, threiicios mutato pectine neruos,
Linquite Francigenæ, blandiſonámq; chelin.
Triſta dyrcæos mutate in funera cantus,
Nanque obijt veſtræ tota lucerna domus.
Rex pius hic veſter, fideíque exẽplar & author,
Regnicolis vobis dúxque, patérque fuit.
Eſtote illius memores, precibúſq; iuuate hunc
Qui veſtros iuſtis legibus auxit auos.

Quantùm gente potens Franciſco Gallia rege
  Claruit atque aucta eſt legibus, imperio.
Hoc præſtat virtus, pietas, doctrina fidéſque
  Principis, & regni limen vbique patens.
Quem patriæ patrẽ meritò appellamus: eundẽ
  Muſarum licuit iure vocare ducem.
Sorte alij regnũ accipiant: ſed maxim⁹, hic rex,
  Naturâ, genere, & conditione fuit.
τὸν λάβεν ἐκ μεροπῶν ὃς ὀλύμπια δώματα ναίει
  ἀνθαρτῶμ μακαρῶν ἄσθλα πάρεχε θέωμ.

VIRTVTE FORTIS. ET PIETATE
CLEMENTISS. FRANCISCO VA-
LESIO PRIMO, GALLIARVM
REGI MAX. POTENTISS. Q.
IOANNES BRECHAEVS
TVRON. IVRECONS.
PRINCIPI SVO
POSVIT.

PROSOPOPOEIA D. FRANciſci Conannij Conſiliarij Regij libellorúmq; ſupplicum Magiſtri, defuncti: ad Galliam eius funera flentem. Per IOAN. BRECHAEVM TVRONVM.

Quid me triſtis adhuc defunctú Gallia ploras?
Non obij, aſt abij fato meliore potitus.
Mens animúſque citò obſcura cópage ſoluti
Ac veluti vinclis ſeu carcere, patriam auitam
Et propria petiere domos: vbi purior aër
Neſcius obſcuræ caliginis emicat ardens.
Hîc cum Patre Deo fruor alto munere diuûm
Et pacem æternam teneo, ſedéſque beatas.
Deſine, quæſo, tuis hinc me reuocare querelis
Vnde ego nolí equidé decedere, & atria Ditis
Ima peti, mihi ſi imperium regúmue daretur.
Et Pluuia, & Ventis, & Luna, & Sole nitente
Proueniunt terra fructus, alimentáq; carpunt:
Poſt vbi matura eſt ætas, tunc curuus arator
Colligit, & vitæ ſeruator in horrea condit.
Sic hominum eſt ortus, ſic vita, & deniq; finis.
Nanq; ſubacta viro recipit dum fœmina ſemen
Humido alit calidóq; intus, tú deíde per aluú
Cœleſti vento motum vitámque capeſsit.
Sed cum prærupto validus cotyledone caulis
Turgeſcit, matérque ſuos adoperta reſoluit
Atq; aperit fœtus gemebúdos, rurſus alendos
Quærit, & admotis humectat pignora mámis.
Surgit in excelſum paulatim, & corpore toto
Auctior, alterno geſtit procedere greſſu.
Florida tum demum ſoboles, & viribus ingés

Cui lumen vitæ ratio, ſol aureus, vmbra
Pulſa ignorantis prȩluxit, & in ſita virtus
Radices agit: hinc ætas matura, Senectus
Sicca comes, ſequitur tandem domini anxia meſsis.
Quam poſtquàm à lolio, atque agnos ſecreuit ab hœdis,
Aequior excelſo ſacróque recondit in horreo:
Infœlix lolium & ſteriles vruntur auenæ.

Fœlices animi, quos alta ad ſydera virtus
Ardens euexit. quos Iuppiter æquus amauit:
Quóſque ſui hæredes fecit, Regníque paterni.
Hic ſcopus eſt quò cuncta licet cõtendere: vita
Infera non vita eſt: ſed mors, labor, anxia cura,
Sollicitúſque metus ſeu forti cũ hoſte duellũ:
Gaudia ficta, dolor. Tandẽ ridenda Senectus
Extremum vitæ, ſceleris ſibi conſcia multi.
Ergo, ô dilecti, quos dum mihi vita manebat
Artibus ingenuis diuerſa ex gente fouebam,
Chara etiam coniux, Conannum flere beatum
Ceſſate, & mecum ſuperas contendite ad auras.
Hoc opus, hic labor eſt: Nunc dico valete.
Quieſco.

De eodem.

Dum vult empyreos quadrigæ aptare iugaleis,
Labitur in triſti præceps auriga lacuna.
Flent maſtæ fratrem cœlo cecidiſſe Sorores,
Et pulſum ſuperis. Quid nos? lȩtabimur omnes
Conannum ſuperis raptum Chriſtóque beatũ.

Eiuſdem Epitaphium.

Puluerea ãtiſtes iuris Conannus in vrna
Hîc tegitur, clarus religione, patre.
Abſtulit hũc qui habitat cõuexa e manib' imis
Virtutíſque illi præmia multa dedit.
Corpus terræ, animũ ſuperis, atq; ipſe cupreſſo
Aeternitati nomina digna dedit.
Heu fati vis læua! quid hunc tam dira necaſti,
Saltem ante incœptum quàm repararet op'?
Ecce alter periit nobis hic Scæuola, & alter
Pomponius: nobis ſed monimenta manent.

In mortem Carolæ Grollier Vxoris D. Legeneuoys Caluimontenſis ſupræ præfecti. Carmen.

Forma elegans, virtute animi præclara, iuuentæ
Flore virens, coniux rapta pudica viro eſt.
Flebilis illa quidem multis: ſed mortua, nulli
Flebilior, mœſto quàm fuit illa viro.
Heu fruſtrà, vir, flere pius, nimiúmque videris
Iſta perpetuus quam ſopor vrget humo
Non redeat vanæ iã ſanguis imagini, & vmbræ
Corpore abeſt tantùm: mens tibi ſancta vacat
Incorrupta fides, & veri candor amoris,
Coniugio vxorem non repetere parem.
Ereptam miſeris lætare, marite, tenebris.
Quid? Nónne hac nati conditione ſumus?

FINIS.